

ng.

Polem. Luth. 377.

RESPONSIONIS
ALEXANDRI ALESII D. AD
DECLARATIONEM ARTI=
culorum Louaniensium con=
scriptam à Ruardo
Tappero D.

Particula Tertia.

PROPOSITA IN DISPUTA=
tione ordinaria in Acade=
mia Lipsica.

Die XXIIII. Nouembris.

LIPSIAE
JOHANNES RHAMBAVV
EXCVDEBAT.

Anno 1559.

RESPONSIO AD DECLARATIONEM SEXTI

Articuli in quo dicitur,

Satisfactio est persolutio pœnæ plerunq; adhuc debitæ, remissa iam culpa. Nam omnem pœnam peccato debitam semper condonari culpa remissa, erroneum est, & scripturis sacris aduersum.

Verissimè dictum est illud, quod in proverbiū ab ijt, qui benè distinguit benè soluit. Et quidem parata est uia ad concordiam, de tribus partibus pœnitentiæ, Contritione, Confessione, siue Enumeratione, & Satisfactione in distinctione publicæ pœnitentiæ à priuata.

Nam omnes fatentur contritionem esse primam partem tam publicæ quam priuatæ pœnitentiæ.

Nemo etiam negat confessionem immo enumerationem eorum peccatorum, pro quibus imponebantur pœnæ præscriptæ in canonibus pœnitentialibus necessariam fuisse, sicut docet Cyprianus sermone quinto de lapsis. Pœnitentiæ inquit iter quod ostendit Antistes, amplectamur remedia uitalia, quæ de scripturis cœlestibus ille depromit assumamus & ex vulneribus etiam occultis, quorum Exomologationem fecimus, exponentes apud eum conscientiæ nostræ pondus salutarem medicinam exquiramus.

Et hoc concordiæ Ecclesiæ de doctrina satisfactionum condonandum est. Satisfactiones, de quibus loquuntur Cyprianus, Origenes, Hieronymus,

mus, Ambroſius, & Augustinus necē ſariās fuiffe.
Et lapsos à fide non prius admittendos ad communionem, quam poenias impositas iuxta canones poenitentiales præscriptos ab Episcopis pertuliffent.

Constat etiam hos canones præscripsisse tantum poenias ijs qui ſeuiente persecutione defeciffent à fide. Sunt enim ij canones poenitentiales collecti à Diuo Petro Martyre Archiepifcopo Alexandrino, & hodie etiam extant.

Etsi autem posteriores Epifcopi, addiderunt alios canones poenitentiales pro manifestis crimini- bus, heretici, parricidio, incestis nuptijs & ſimilibus: tamen cum uiderent ſe hac ſeueritate discipline parum proficere, illamq; poenitentiam publicam quam ſemel in uita peragendam eſſe statuiffent, subinde imponendam eſſe ijsdem, reciduantibus, permisereunt ipſi hos canones antiquari. Et incorrigibiles dederunt Magistratui ciuili in manus.

De publica ſatisfactione nulla nunc eſt contentio ſed hoc queritur, utrum pro occultis peccatis imponeſſae ſint ſatisfactions à Sacerdote. Et utrum opera indebita, & ſine uerbo Dei ſucepta, mereantur remiſſionem poenarum temporalium quibus Deus puniit peccata remiſſa in hac uita, & in purgatorio. Hoc enim uolunt Louanienses in articulo. Hoc etiam defendit Ruardus.

Sed priusquam ad eorum argumenta reſpondeam, tradam ſimplicem formam doctrinæ de ſatisfactione.

Simplex

SIMPLEX FORMA
VERAE DOCTRINAE
DE SATISFACTI=
ONIBVS.

Tam nomen ipsum satisfactionis, quam eius de finitio, de qua contendunt Sententiarij: Satisfactionem esse recompensationem pœnarum temporalium, quæ debentur peccato ex diuina iusticia post dimissam culpam, & pœnam æternam, per opera imdebita arbitrio Sacerdotis imposta, aut sponte suscepta, prorsus ignotæ fuere sanctis patribus.

Ipsi enim lapsos post Baptismum in manifesta crima tamdiu à communione arceri uoluerunt, do nec specimen ederent suæ resipiscientiæ, & se ex animo dolere de admissis, & propositum nouæ uitæ publica in facie Ecclesiæ confessione testarentur, Et per impositionem manuum Episcopi, Presbyterorum, & aliorum Ecclesiæ ministrorum absoluerentur: ut docet Tertullianus in libello de pœnitentia.

Deinde consultum fuit uerecundiæ confitendum, & unus ex presbyteris prælatus est pœnitentiibus, qui iuxta qualitatem criminum imponeret pœnas præscriptas ab Episcopis: ut testantur Socrates lib. 5. cap. 19. Sozomenus lib. 7. cap. 16. Et Nicæphorus lib. 12. ca. 18. Hæ pœnæ uocabantur pœnitentiæ, & constitutiones de his editæ, Canones pœnitentiales.

A 3

Hos

Hos non licebat Sacerdotem pro arbitrio mutare, aut alias harum loco pœnas imponere, Ut docet Gregorius de pœnitentia d. 6. cum ait: Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum authoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminis imponuntur. Neq; pœnæ Canonicæ pro occultis peccatis imponebantur, quia illæ erant pœnitentiæ publicæ, & ij, quibus imponebantur, erant infames.

Vnde ergo, inquies inuectæ sunt in Ecclesiam satisfactiones pro occultis peccatis, quæ pro arbitrio Sacerdotis imponuntur, & remittuntur?

Respondeo, partim ex νακοζηλίᾳ, partim ex ignorantia consilij eorum, qui publicas satisfactiones pro manifestis criminibus instituerunt.

Quia enim uiderunt pro diuersitate criminum diuersas pœnas in canonibus præscriptas, colligerunt: Igitur pro quolibet peccato mortali etiam occulto, imponenda est satisfactio septem annorum. Et quia sancti patres uoluerunt tempus publicæ pœnitentiæ, & modum, pro qualitate personarum & signorum, quibus proderent suos animos, petentes reconciliationem moderari, ut Leo Pontifex d. 62. q. 7. docet, cum inquit: Tempora pœnitudinis habita moderatione constituenda sunt tuo iudicio, pro ut, conuersorum animos perspexeris esse deuotos, pariter habentes ætatis senilis intuitum, & periculorum quorumcunq; recipientes necessitates.

Ideo somniarunt possum esse in arbitrio Sacerdotis, quascunq; uellet pœnas imponere, & quan docunq;

docunt; uellet eas remittere. Præterea etiam addiderunt id, quod nunquam sanctis patribus in mente uenit, quod per has satisfactiones arbitrio sacerdotis impositas, aut sponte suscepatas, mereantur homines remissionem pœnarum diuinitus in hac uita, exempli cauſsa, & deterrendos alios, & monstrandam iustissimam iram suam aduersus peccatum etiam in sanctis, inflictarum, & post hanc uitam in purgatorio infligendarum. Præterea quod non solum per nostras, sed etiam per aliorum pro nobis satisfactiones, iejunium, preces, castigationes in uita monastica.

Ad hæc per missiones, exequias, anniuersaria: postremò etiam per indulgentias tollerentur pœnæ purgatorij, & satisficeret iusticiæ Dei pro pœnitentijs poralibus debitjs pro peccato post remissionem culpæ, & pœnæ æternæ.

Hæc inquam tota doctrina ignota fuit patribus, & recens inuecta est in Ecclesiam a monachis & Episcopis quæstus cauſsa, & huius doctrinæ fiducia multi per omnem uitam securè indulgebant peccatis, & in morte desperarunt, cum in ea nullam inuenirent certam consolationem, sicut monstrant eorum exempla, qui agentes animam inducrunt cunctam, profesi sunt monasticam, aut petiuerunt secum funibus & calceis Franciscanorum sepeliri.

Orta est autem ut dicbam, hæc doctrina partim ex κακολίᾳ, partim ex inscitia. Quia enim uiderunt sanctos patres in primitua Ecclesia in-

flxisse pro diuersis criminibus diuersas pœnas. Deinde Deum comminatum esse, & sœpè inflxisse temporales pœnas eis, quos tamen recepit in gratiam. Imaginati sunt sanctos patres ideo conscripsisse canones pœnitentiales, quod per pœnas in his prescriptas uellent nos satisfacere Deo pro pœnis comminatis & inflictis ab ipso, & has debere redimere per nostras satisfactiones sponte suscep tas, & pro arbitrio sacerdotis impositas.

Hic error est omnium simiarum sanctorum, qui eorum opera in ieunijs, uigilijs, precibus, eleemosynis, & uarijs castigationibus imitantur, non intellecto eorum consilio, & refutatur non tantum ex scripturis Prophetarum & Apostolorum, sed etiam exemplis in perpetua historia mundi.

Vt autem doctrina de satisfactione clare intelligatur, sciendum est, tantam esse iram Dei contra peccatum, ut haec nulla humana satisfactione placari possit, & oportuerit filium Dei in assumpta humilitate fieri hostiam pro peccato.

Ideo his, qui in Paradyso pollicetur fore, ut semen mulieris conterat caput serpentis, postea per Prophetam suum, ait: Ego ipse sum, qui deleo iniqüitates tuas propter meipsum, & peccatorum tuorum non recordabor. Item: Posuit Dominus iniqüitatem omnium nostrum in eo, multa correctionis nostræ ei imposta est, & liuore suo sanati sumus. Et ipse docens in assumpta humana natura ait: Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari

tari oportet filium hominis , ut omnis qui credit in
eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.

Ipse per Apostolum suum docet unicam esse sa-
tisfactionem, quæ fit Deo pro peccato. Estq; hic præ
cipuus locus in epistola ad Hebræos, in qua pro con-
clusione disputationis dicitur. Vnica enim obla-
tione perfectos fecit in sempiternum eos, qui sancti-
ficantur.

Iohannes autem exponit , quomodo potuerit
hac unica oblatione semel in fine seculorum peracta
perfectos effecisse omnes , qui inde ab initio mundi
uixerunt, & ait, eum esse illum agnum, qui occisus
est ab origine mundi, & qui supplex factus est pro
genere humano æterno patri, & se humiliauerit fa-
ctus ei obediens usq; ad mortem.

Deinde etiam docet, quomodo illa unica obla-
tione sanctificet eos , qui post illam peractam nati-
sunt & nascentur usq; ad iudicium. Si quis, inquit,
peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum
Christum iustum. Et ipse est propiciatio pro pecca-
tis nostris : non tantum autem pro nostris , sed pro
peccatis totius mundi.

Vnica igitur est satisfactio pro peccato , quæ
fit Deo scilicet hostia Christi, & redemptio quæ est in
ipso, & propiciatio, quæ fit interueniente sanguine
suo, ut ad Roman. 4. dicitur : Omnes enim peccau-
runt , & destituuntur gloria Dei , Iustificantur gra-
tis per gratiam & redemptionem, quæ est in Christo
Iesu, quem proposuit Deus propiciatorem per fi-

dem, interueniente sanguine suo ad remissionem præ teritorum peccatorum ad ostendendam iusticiam suam, ut sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu.

Hæc est ocularis demonstratio iusticiæ Dei, quod tantum sanguine filij sui potuerit ei satis fieri pro peccato hominis, & sic declareret se iustum in servata promissione facta in paradiso: Semen mulieris conteret caput serpentis: proponens hunc propiciatorem, qui effuso suo sanguine hoc promeruit, ut Deus propter suam iusticiam iustificet eum, qui est ex fide Iesu, & non ex lege, aut circumcisione, aut carne Abraham.

Etsi autem post promissionem: Semen mulieris conteret caput serpentis. Et remissionem peccati fiducia huius seminis, infictæ sunt graues & tristes poenæ tam viro quam mulieri: tamen hæ neq; dolore quantumuis magno, neq; luctu perpetuo, neq; ieiunijs & precibus sempiternis per omnem uitam, & nongentos triginta annos, quibus illi uixerunt, tolli poterant, sed oportuit primos homines sustinere & perferre comminatas poenas: In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram. Hæ poenæ temporales manent in omnibus posteris, nec possunt tolli ullis satisfactionibus.

Deinde pro singulis peccatis actualibus infliguntur nouæ poenæ temporales, nec unquam usquā manet dedecus culpæ, sine decore iusticiæ.

Neq;

Neq; Moſe pœnam iſſam pro incredulitate,
ne ſcilicet ingrederetur terram , ad quam populum
ducebat, ullis precibus deprecarī poterat.

Neq; Dauid mortem filij nati ex adulterio, ne=
que comminatam plebis cladem ex pestilentia.

Ezechias etſi poſt comminatam mortem im=petrat inducias quindecim annorum propter promissionem factam Dauidi, quod Christus ex ſemine ſuo eſſet naſciturus. (Nam Ezechias in ſua deprecatione queritur, ſe rapi ad mortem non relictā poſteritate) tamen pœnas comminatas pro oſtentatione, & quod theſauros monſtrasset nuncijs Regis Babylonis deprecarī non uoluit : quia non habebat promiſſionem contrariam, ſed tantum poſtulat pacem in uita ſua.

Vera pœnitentia in Achab Rege induto ſacco, & in eo iacenti, ieiumanti, & incedenti nudis pe=dib⁹ non potuit auertere comminatas pœnas, pro homicidio Naboth, & cultura idolorum, etiam ſtearum dilationem impetravit.

Ad hunc modum etſi Niniuitis pro tempore parcitum eſt, cum agerent pœnitentiam in cinere & cilicio : tamen iuxta uaticinium Ionæ tandem perierunt, ſicut Thobiæ ultimo dicitur. Quamobrem nunc ô fili excedas Niniue : Nam euenient omnino quæ prædixit Jonas Prophetæ. Et uideo fore, ut interitum auferat ei ſua iniquitas. Audiuit enim priuusquam moreretur interitum Niniues, quæ ab Na=buchad=

buchadnezare & Assuero capta est, & ante obitum suum super ea gauisus est,

Sic poenae per somnium Regi Nabuchadnozero praedictae, et si prædicante Daniele poenitentiam delatae sint: tamen exactis mensibus duodecim, ipse inter bestias fuit ex regno eiectus, nec extat in scriptura exemplum, quod poenae temporales diuinitus comminatae pro peccatis simpliciter sublatæ fuerint, etiam si per poenitentiam sint delatae.

Si queris causam, respondit Prophetæ: Omnes uiae domini misericordia & ueritas. Dum peccatores poenitentiam agunt ad misericordiam Dei illustrandam pertinet, & inuitandos alios ad poenitentiam comminatas poenas temporales differre aut mitigare. Sed ad ueritatem eius pertinet, & præscientiam, prædictas etiam infligere, sicut contra in promissio misericordiae. Eius exhibitio immota manet etiam si differatur, et sancti propter peccata sunt puniti, ut Psalmo 38. dicitur: Si filii sui legem meam deseruerint, & in iudicijs meis non ambulauerint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, neque fallam ei fidem meam. Neg; prophanabo fœdus meum, & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.

Experientia omnium piorum satis persuadere potest eis propter noua peccata infligi nouas poenas, occultas pro occultis, manifesta pro notorijs: Interdum

dum etiam manifesta pro occultis, et si per indirectum, & per occasionem diuinitus præbitam, ut peccata priorum priuuntur per inopiam, redacta eorum substantia in fauillam per fulmina, aut omnino destructa per tempestates, aut deleta per inundationes, aut direpta per latrocinia & bella, aut per morbos depascentes carnes & medullas, aut per infelicitatem & mortem liberorum. Omnibus enim istis modis punitus est sanctissimus uir Job. Et quam hæ afflictiones fuerunt ei exercitia fidei: tam per has ostensum est illi, quantum abesset à perfecta obedientia, quam Lex requirit, & in fine libri confitetur suum peccatum, & pœnitentiam se actuorum ait in puluere & cinere.

Pœnæ diuinitus impositæ regnis & rebus publicis, uocantur à Prophetis onera: ut onus Babylonis, onus Aegypti, onus Tyri &c. & quia pœnæ scilicet eis diuinitus imponebantur, & hæ pro peccatis erant perferendæ.

Ab his temporalibus pœnis Sacerdos non magis potest absoluere, quam à suspedio uel gladio.

Neq; Mose potuit simpliciter deprecari pœnam adorati uituli, etiamsi postulasset eam remitti populo, aut se deleri de libro uitæ. Responsum enim fuit illi, qui mihi peccauerit, hunc delebo de libro uitæ. Vade, & duc populum istum ad locum, ad quem locutus sum: Ecce Angelus meus ibit ante te. In die autem uisitationis meæ, uisitabo etiam hoc eorum peccatum in eis.

Et

Et deprecanti Hieremiæ pœnas populo comminatas , responsum est : Si Noe, Abraham & Iob steterint coram me , non est cor meum ad populum istum.

Nec ausus fuit Daniel deprecari captiuitatem populi , nisi post septuaginta annos à Hieremia predictos . Quare manifestum est , temporales pœnas diuinitùs communatas , nec uera quidem pœnitentia , ieconijs & gemitibus cordis , uigilijs , precibus & reliquis fructibus pœnitentiæ dignis præceptis a Deo , posse tolli , etiamst interdum differantur , & merum commentum esse pœnam æternam potestate clavium in temporalem commutari luendam in hac uita , uel in purgatorio , & hanc quoq; aliqua ex parte remitti in absolutione , & reliquam compensari nostris satisfactionibus , impositis pro arbitrio Sacerdotis , aut à nobis sponte suscepatis sine mandato Dei .

Non commutatur pœna æterna in temporealem , sed propter passionem Christi , & satisfactionem persolutam ab ipso precio sanguinis sui omnino remittitur & deletur .

Aliæ prorsus sunt pœnæ temporales ab æterna , & propter aliam cauſam infictæ , quam ut Deus uelit sibi satisfieri per illas à pijs pro præteritis peccatis . Vult enim Deus conspicere iram suam contra præsens in carne peccatum , quod totum tolli non potest , donec anima à corpore separetur , & cadauer redeat in pulucrem , ex quo sumptum est , iuxta diuinam

diuinam comminationem. Ita hæret sapor ille pomi
infecti à serpente in Epigloto. Imò tanta est ex illa
prima dubitatione & diffidentia reliqua in mente
caligo, ignorantia & incredulitas, tam magna cor
dis contumacia ex illa prima inobedientia. Et insi= =
nitum pelagus pessimarum cupiditatum omnis ge= =
neris natum ex pulchri pomi appetitione, ut opor= =
teat has reprimi in pijs communibus uitæ miserijs
& ipsa morte. Et singulos pro suis peccatis, quibus
Deus afficitur contumelia, oportet circumferre si= =
gna sui reatus, sicut Adamum, Dauidem, Mariam
sororem Mosis, & ipsum Mosen : Et singulas gen= =
tes, regna & Resp. ferre à Deo onera imposita pro
pter idolatrias, impiam doctrinam, & manifesta fla= =
gitia, ut conficiatur ira Dei contra peccatum in
pœnis temporalibus, & alij absterreantur, & satis= =
fiat Ecclesiæ, ac pijs subiectis cruci, qui fremunt in= =
ter afflictiones, cùm uident aliorum peccata non esse
punita, etiamsi illi sint à Deo abiecti, & reseruen= =
tur ad æternum incendum.

Propter mortificationem igitur præsentis in
carne peccati, & corruptionem naturæ, quæ nun= =
quam cessat parere fructus morte dignos, nisi repri= =
matur per afflictiones, & propter exemplum, & ad
monstrandam iram Dei contra peccatum, & satis= =
faciendum Ecclesiæ imponuntur pœnæ temporales,
non ut Deo satisfiat, cuius ira tanta est, ut sola uicti= =
ma Christi potuerit placari.

De

De alijs causis, & finibus afflictionum, quibus
pij subiecti sunt bona Dei uoluntate, & ad ornan=dam suam gloriam, & demonstrationem fidei ipso=rum, & testimoniad doctrinæ, quam statuunt certissi=mam esse, & propter quam perferre omnia suppli=cia & mortem sunt parati, dicendum erit alio loco,
scilicet de cruce. Etiam si hæc non sit minima pars
crucis, circumferre in pœnis temporalibus signa
nostrí reatus, quæ tamen ad nostram emendationem
& probationem fidei, ac documenta patientiæ, &
spei confirmationem Deus pro immensa bonitate ac
sapientia, qua ex malis bona elicit, conferre solet,
& amplissimis in hac uita, & in æterna præmijs
ornare.

Ostensa ratione, quā contentionēs in doctrinā Ecclesiastica de satisfactionibus componi possunt, & tradita simplici de his docendi formula restat, ut ad illa, quae opponuntur, respondeamus.

Sed addam prius unum aut alterum testimonium ad confirmandum id, quod ultimo loco dictum est, communes miserias in hac uita, & mortem, ac personales etiam pœnas diuinitus comminatas, non tolli omnino per nostras satisfactiones, aut deprecationes, sed manere etiam post remissionem peccatorum, ut sint exercitia fidei, & propter alias caussas supra commemoratas.

Ita enim docet Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis, & remissionibus, cap. 34. Si Deus, inquit, propter peccatum illud fuerat comminatus Dauidi, ut humiliaretur a filio, cur dimisso peccato, quod erat comminatus, impleuit, nisi quia rectissime, si dictum fuerit, respondeatur, remissionem illam peccati factam, ne homo ad percipiendam uitam impediatur æternam, subsequutum uero illud comminationis exemplum, ut pietas etiam in illa humilitate, exerceretur atq; probaretur, sic & mortem corporis propter peccatum Deu homini inflxit, & post peccatorum remissionem, propter exercendam iustitiam, non ademit.

Gregorius lib. 9. moralium. in Iob, cap. 2. circa illud, Deus, cuius ira resistere nemo potest, disertè querit, quomodo ira Dei resisti non posse, dicitur, cum multi sancti deprecatis sint iram Dei contra populum

pulum Israēliticum? Mirum ualde, inquit, est,
quod irae Dei nullum posse resistere, dicitur, cum
multos indignationi obuiasse eloquia diuina, testen-
tur. An non Moſe irae Dei restitit, qui, peccante
populo, ipſe pro eis precatus est, dicens: Dimitte
eis hanc noxiam, aut dele me de libro quem scripsi-
sti? An non irae Dei restitit Aharon, cum inter ui-
uentes & mortuos, thuribulum sumſit, atque ani-
maduerſtones Dei, igni incenso, oblatione tempera-
uit? An non Phinees irae Dei restitit, qui cum alie-
nigenis luxuriantes, in ipſo coitu trucidans, zelum
ſuum diuinæ indignationi obtulit, & furorem gla-
dio placauit? An non Dauid irae Dei restitit, qui
Angelo populum percutiente, ſe offerens placatio-
nis gratia, & ante tempus promeruit? An non He-
lias irae Dei restitit, qui, longo iam tempore, terra
arente, subductas de cœlo pluuias, uerbo reuoca-
uit? Quomodo ergo irae Dei nullum posſe resistere
dicitur? Sed si subtiliter, & haec beati Iob eloquia,
& illorum facta pensamus, & uerum cognoscimus,
quia irae Dei non resistitur, & uerum, quia multi
ſæpè restiterunt. Omnes enim sancti, qui irae Dei
obuiant, ab ipſo accipiunt, ut contra impetum paſ-
ſionis eius opponant, atq; ut ita dixerim, cum ipſo
ſe erigunt, contra ipsum, eosq; diuina uis ſibi op-
ponit.

Cum uero ſuperna elatio ſeſe, ut ita dixerim, me
dullitus mouet, hanc oppositio humana non retinet,
nec ſe ei cuiuslibet deprecatione, obijcit, cum ſemel
Deus

Deus aliquid ab intimis irascendo disponit, hinc est,
quod Mose ad petram Oreb ueniens, pro aquæ ex=
hibitione diffidens, reprobationis terram ingredi,
Domino irascente, non potuit, & saepe de hac re af=
fligitur, saepe desiderio se excitante, turbatur, & di=

spositæ ultionis iracundiam à se repellere, non ua=

luit, qui hanc uolente Domino, à populo amouit.
Hinc Dauid, qui prostrata plebe post modum Ange=

li gladium compescuit, prius plorans & ciulans,
nudis pedibus filium fugit, & quousq; perpetrati fa=

cinoris ultionem ad plenum reciperet, iram Dei pro

seipso temperare nequaquam ualuit. Iræ igitur re=

sisti ualeat, quando qui irascitur, opitulatur. Et resi=

sti non ualeat, quando ipse precem, quæ ei funditur,

non aspirat. Hinc ad Hieremiam dicitur : Tu ergo
noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te.
Et rursus : Si steterint Mose, & Noe, & Samuel,
coram me, non est anima mea ad populum istum.

Iuxta hanc responsonem, deprecamur pœnas
alijs comminatas, cum Deus precem aspirat, & non
omnem iram suam accedit. Pro nobis deprecari
non possumus, & cum in ira arguit, & corripit in
furore.

Sed exemplum Mose probat, Deum distulisse
pœnas, non simpliciter tulisse, quia clare ait : In die
autem uisitationis meæ, uisitabo & hoc eorum pec=

catum super eos. Exempla Abaronis, Phineis, E=

liae & Dauidis docent, Deum lenire pœnas, & si=

nem facere puniendi propter pœnitentiam & preces

B 2 Eccle

Ecclesiæ, sed tamen diuīns comminationes nunquam fuisse irritas. Contrā inquies, Hieremiac 18. dicitur: Si pœnitentiam egerit gens à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaueram, ut facerem eis. Et comminatio pœnarum Niniuitis simpliciter est sublata, Respondeo, Deum ad pœnitentiam populi de peccato, agere pœnitentiam de pœnis, quando pœnas lenit aut transfert, aut finem puniendi facit. Et in hanc sententiam quosdam dicere, temporales pœnas nonnunquam tolli, nec tamen sentire, comminationes Dei irritas esse.

Pœnas à Iona Niniuitis comminatas ad tempus tantum, & non simpliciter sublatae, docet Thobias, cum ait: Prope est, ut intereat Niniue. Neq; enim uerbum Domini intercidit. Nam persuasa habeo, quæ Ionas propheta de subuersione Niniue uaticinatus est.

Sed dices: Ergo temporales pœnae non sunt semper deprecandæ. Respondeo: Deprecandæ quidem sunt, sicut bona temporalia sunt petenda: sed tamen addita hac conditione: Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Et non mea uoluntas, sed tua fiat.

Ad dictum Danielis, quod citatur pro satisfactiōibus, peccata tua redime iustitia. Respondeo, Eandem esse sententiam totius illius concionis, quæ est similium in Prophetica & Apostolica scriptura.

Daniel cum ait, Te pellent ex hominibus, donec agnoscas, quod excelsus imperet in regno hominum.

Prædi-

Prædicat pœnitentiam, & docet reuelari iram Dei aduersus impietatem & iniustitiam Regis, qui ueritatem Dei detinuit in iniustitia. Nam à Daniele ante edictus fuerat de regno Christi, & de quatuor monarchijs euertendis, propter contumeliam eius, Et præclararam tunc edidit confessionem, & uisa liberatione Danielis ex clibano incenso, edicto cauit, ne quis conuicium diceret aduersus Deum. Et nihilominus impium animum non depositit, sed superbiuit de sua potentia, ut docet Daniel in concione ad Bel-sazarum eius filium : Cùm parens tuus elato animo esset, sibiq; arrogaret immoderata, de solio regni depositus est.

Vt igitur in prædicatione pœnitentiæ Paulus docet, Iram Dei reuelari contra impietatem & iniustitiam omnium hominum : ita Daniel in sua concione ad Regem Babylonis, prædictit ei impendere horrendas pœnas propter iniustitiam & impietatem.

Et quemadmodum Paulus ait : Iustitiam Dei in Euangeliō reuelari ex fide : ita Daniel, cùm inquit Regi Babylonis : Peccata tua redime iustitia, Concionatur de iustitia fidei, & iubet eum sperare remissionem peccatorum per fidem in Christum, de cuius regno antè docuerat Regem, dicens : Temporibus regum illorum Deus cœli regnum condet, quod æternis temporibus non destruetur, nec imperium eius alteri populo relinquetur. Comminuet enim ac finiet omnia regna, & ipsum in æternum stabit.

Ita enim Esaias de iustitia loquitur : In noticia

B 3 suis

sui iustificabit ipse iustus meus multos, Esaiæ 53. Et Hieremiac 33. Hoc est nomen, quod uocabunt eum Dominus iustitia nostra.

Neceſſe eſt enim hanc concionem: Peccata tua redime iustitia, intelligi primò de remiſione peccatorum, iuxta generalem regulam: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, Remiſionem peccatorum accipere omnem, qui credit in eum: Deinde de dignis fructibus pœnitentiæ, & iustitia bonæ conscientiæ, ſicut illud quod additur: & beneficentia erga pauperes. Nam beneficentia κατὰ σωμάτων complectitur omnia officia dilectionis erga proximum. Ideo omnes Prophetæ in suis concionibus de pœnitentia, hortantur ad beneficentiam, ut Eſa. 53. Solue uincula affliti, tolle onera, quæ deprimunt, dimitte captiuos, frange eſurienti panem tuum, &c. Tunc erumpet uelut aurora lux tua. Iustitia anteibit faciem tuam, tunc imuocabis, & Dominus exaudiet, &c.

Thobias non ſolum iustitiam cum benignitate, ſed etiam cum precibus & ieiunio coniungit. Bonæ, inquit, ſunt preces, quæ cum ieiunio, & benignitate, & iustitia, coniunctæ ſunt.

Quod autem in Græca & uſitata uerſtione dicitur, beneficentia, Vel ut in Hebræo eſt, Iustitia liberat à morte. Ipſe exponit addito exemplo de Achiacharum, quem nos Mardochæum dicimus, liberato ab inſidijs Aman, propter beneficia, quæ in eum contulerat.

Iustitia

Iustitia etiam, uel eleemosyna, dicitur expiare omne peccatum κατὰ μετονομίαν, quia est certum testimonium remissionis peccatorum, iuxta illud, Remittite, & remittetur uobis. Item, Et dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Quòd autem istic additur, Et perducet ad uitam æternam, συνεκδοχὴ est, quia beneficentia, sicut alia bona opera, habet sua præmia in uita æterna.

Hæc igitur, quæ ex Daniele & Thobia afferuntur, nihil faciunt pro arbitrarijs satisfactionibus. Neq; illud quod ex Ioële citatur: Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, fletu & planctu. Non negamus, quin sacerdos debet concionari de pœnitentiæ fructibus, oratione, ieiunio & eleemosynis, & de his etiam in genere præcipere: sed ex eo non sequitur, quòd certas preculas, ieiunia certis diebus, & certas eleemosynas imponere debet, tanquam satisfactiones pro peccatis in hac uita & in purgatorio.

Ad illa, quæ ex Cypriano afferuntur pro satisfactionibus, Respondeo, eum complexum esse totam pœnitentiam cum dignis fructibus, additis etiam pœnis, quas ait Episcopos ex scripturis descriptissime.

Verba Cypriani sunt sermone quinto de lapsis: Rogandus est Deus, & satisfactione nostra placandus: Illi se anima prosternat, illi mœstitia satisficat: Illi spes omnis incumbat, & post pauca, pœnitentiæ iter, quòd ostendit Antistes: Amplectamur

remedia uitalia, quæ de scripturis cœlestibus ille de=
promit, obseruemus.

Augustinus diligenter inter ueram pœnitentiam
et satisfactiones Canonicas distinguit. Et de priori
quidem exponit illa, quæ citari solent pro satisfa=
ctionibus. Quisq; inquit, maiorem seueritatem de=
bet exercere, ut a seipso iudicatus, non iudicetur a
Domino. Ascendat itaq; homo tribunal mentis, si
timet, quod oportet nos exhiberi ante tribunal Chri=
sti. Constituat se ante faciem suam, ne hoc ei postea
fiat, quod minatur Deus: Arguam te, et statuam
te contra faciem tuam, Atq; ita constituto iudicio in
corde assit accusatrix cogitatio, testis conscientia,
carnifex timor, sic quidem sanguis animæ confiten=
tis profluet per lachrymas.

Et de Satisfactionibus Canonicis, et earum fine,
addit: Postquam peccator seuerissimæ medicinæ
sententiam in se protulit, ueniat ad Antistites, per
quos illi claves in Ecclesia ministrantur, et tan=
quam bonus filius incipiens iam esse, custodiat satis=
factionis suæ modum a præposito sacerdotum præ=
scriptum, ut in offerendo sacrificio cordis contri=br/>bulati, deuotus et supplex, nendum sibi, sed et cæte=br/>ris in exemplum maneat, ut si peccatum eius non so=br/>lum in graui suo malo, sed etiam in tanto scandalo
aliorum est, atq; hoc expedire utilitati Ecclesiæ ui=br/>detur Antistiti, in notitia multorum, uel coram to=br/>tius plebis multitudine agere pœnitentiam non re=br/>cuset.

Ex his

Ex his manifestum est, quod dicta patrum de satisfactionibus perfidiosè & impudenter citantur ad probandum, satisfactiones arbitrarias imponendas esse pro occultis peccatis ad compensandas pœnas temporales in hac uita & in purgatorio.

Id, ut manifestum fiat, adscribam Canones pœnitentiales, de quibus loquitur Cyprianus. Hos .n. ut principio dictum est, collegit Petrus Martyr, Episcopus Alexandrinus, qui anno Domini trecentimo, decimo quinto, pro confessione ueræ fidei, imperfectus est.

PRIMVS CANON.

Iubet eos, qui inter tormenta à fide defecerunt, post pœnitentiam trium annorum & quadraginta dierum, recipi.

Secundus Canon.

Illos, qui diuturnitate carceris sine corporis cruciatibus Christum abnegauerant, post pœnitentiam quatuor annorum, ad communionem admittit.

Tertius Canon.

Præscribit totidem annos pœnitentiae ijs, qui ante tormenta & carceres, deseruerunt patrocinium Euangeliij, Et se impijs adiunixerunt.

Quartus Canon.

Reiicit eos qui à fide lapst, non agunt publicam pœnitentiam.

Quintus Canon.

Ab his, qui simularunt, se laborare morbo comitali, ne cogerentur sacrificare, aut aras præterierunt

rierunt idolorum, ut subornarunt alios, ut pro se
sacrificarent, postulatur semestris pœnitentia.

Sextus Canon.

Imponit annum pœnitentiam illis, qui seruos
Christianos loco suo substituerunt, ut sacrificarent.

Septimus Canon.

Illis, qui liberos uiros subornarunt, ut pro ipsis
immolarent idolis, præscribit pœnitentiam trium
annorum.

Octauus Canon.

Delatos, & traditos iudici abnegantes fidem:
Et deinde sua sponte Christum confitentes, inter tor-
menta, & carceris squalorem perppersos, iubet sine
pœnitentia admitti.

Nonus Canon.

Idem statuit de his, qui non interrogati Christum
confessi sunt.

Decimus Canon.

Arcet Clericos à ministerio, qui se primum pe-
riculis obiecerunt. Et post abnegationem Christi,
rursus illum confessi sunt.

Vndecimus Canon.

Iubet orare pro his, qui primò à fide resilierunt:
deinde constantia martyrum animati Christum con-
fessi sunt: Sed postea inter tormenta uacillarunt, ac
tandem pœnitentia ducuntur de sua infirmitate.

Duodecimus Canon.

Iubet eos absoluī, qui pecunia redimerunt, ne
immolarent.

Decimus

Decimus tertius Canon.

Idem statuit de his, quæ relicti omnibus, fuga
sibi consuluerunt.

Decimus quartus Canon.

Iubet in uitos, & in uinculis coram idolis addu-
ctos in ministerio retineri.

Posteriores Canones undiq; & ex omnibus Pa-
tribus collecti à Gratiano, & relati inter decreta
Pontificum, tantum de satisfactionibus, quæ impo-
nebantur pro manifestis peccatis, meminerunt.

Neq; defitentur hoc Sententiarij, neq; Ruardus
Louaniensium articulorum propugnator. Sed sic
argumentatur. Patres iusserunt publicis peccatis
infames non admitti ad communionem, nisi antè te-
stati fuissent, se ex animo resipiscere, & præstitis-
sent Canonicas satisfactiones, Post quas abolute=

bantur tam à culpa quam à poena, quemadmodum
in baptismo. Igitur cum hæc disciplinæ severitas
sit nunc remissior, & rari inueniantur, qui tantam
habeant contritionem, quæ sufficiat ad remissionem
culpæ & poenæ, uel de seipsis sumant tantas poenas
ante absolutionem, ut nulla restet poena luenda & c.
debet imponi à sacerdote Satisfactione post absolu-
tionem peragenda: et si non tanta, quanta peccatorum
requirit grauitas, saltem quanta humana fert fra-
gilitas.

Sed hoc argumentum nititur falsæ & impiæ ima-
ginationi, quæ fingit remissionem peccatorum pen-
dere ex magnitudine & diuturnitate contritionis.

Sic

Sic enim docent Sententiarij, Contritionem tantam esse posse, ut satisfaciat non tantum pro culpa, sed etiam pro poena. Et Ruardus clare ait, Satisfactionem complecti omnia, de quibus Sacerdos iudex ipsius pœnitentis potest arbitrari, pœnitentiq; iniungere, siue sint afflictiones ante absolutionem ad placandum Deum, siue post absolutionem ad satisfacendum de peccato, et peccati pœna restante.

Hæc doctrina falsa ac palam impia est, et adueratur uniuersæ scripturæ, et displicuit omnibus, qui inter Scholasticos erant doctiores. Longobardus ipse, d. 18. ex scriptura et Patribus probat, Solum Deum remittere culpam et pœnam. Ipse enim inquit, per seipsum peccata pœnitentium tegit, et tunc tegit, quando ad pœnam non reseruat. Tunc igitur tegit, quando debitum pœnae soluit, sicut Augustinus aperte docet, exponens locum Psalmi: Quorum tecta sunt peccata, id est, cooperta et abolita. Si enim texit Deus peccata, noluit animaduertere, id est, punire, sed ignoscere. Videre enim Deum peccata, est ad pœnam imputare: Aufertere autem faciem a peccatis, est ea ad pœnam non reseruare. Et post multa similia sic concludit. Solus ergo Deus hominem interius mundat a peccati macula, et a debito æternæ pœnae soluit: Qui per Prophetam ait, Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter meipsum, et peccatorum tuorum non recordabor amplius.

Addit

Addit etiam dicta Ambrosij & Augustini: Ille solus peccata dimittit, qui solus peccatis nostris mortuus est. Nemo tollit peccata, nisi solus Deus, qui est agnus, tollens peccata mundi.

Ad hæc respondet Ruardus, Post remissionem culpæ & pœnæ æternæ restare pœnam temporalem persoluendam in hac uita, uel in purgatorio: Et ad hanc tollendam imponi satisfactiones, idq; Patres sensisse, in doctrina de satisfactionibus Canonicis.

Hæc falsa esse, manifestum est, Clarè enim ait Augustinus ad Theodotum: Talis, mihi crede, est erga homines pietas Dei, ut nunquam spernat pœnitentiam, si ei sincerè & simpliciter offeratur, etiam ad summum quis perueniat malorum, & inde tamen uelit reuerti ad uirtutis uiam, suscipit & libenter amplectitur, facit omnia, quatenus ad priorem reuocet statum, & quòd est adhuc præstantius & eminentius, etiam si non potuerit quis explere in præsenti satisfaciendi ordinem, quantulocung; tamen, & quamlibet breui tempore gestam non respuit pœnitentiam.

Ruardus ipse fatetur ex Epistola 8. tertij libri Cypriani, hæc tria posse colligi, pœnitentes non prius absolutos & admissos fuisse ad communio- nem, quam satisfactiones Canonicas perfecissent: Deinde ratam fuisse absolutionem etiam ante impletas satisfactiones, quamvis sacerdos, qui hanc imperitus fuisse, peccasset. Tertium, quòd necessitate, uel infirmitate cogente, licebat absoluere sine impositis satisfactionibus.

Mani-

Manifestum est igitur, Cyprianum & Augustinum sensisse, Satisfactiones Canonicas imponi debere exempli caussa, & ut satisfiat Ecclesiae, & non ad placandam iram Dei, aut quod peccata sine his non possunt dimitti, sicut supra ex eorum dictis monstratum est.

Sed sepositis Patribus, colloquamur cum Ruardo ex scriptura. Quid ais Ruarde, Christus tantum satisfecit pro culpa & non pro poena? Hocne solum meruit sua passione, ut poena aeterna permutearetur cum temporali, quae in purgatorio eadem est, quantum ad substantiam & acerbitatem cum poena damnatorum, ut tu fateris?

Itane intelligenda sunt haec dicta scripturæ, Vere dolores nostros ipse tulit, & peccata portauit, huius liuore sanati sumus. Aspergis me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem de-albabor, qui lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ipse est propitio pro peccatis nostris. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum crucis?

Estne haec sententia Verborum absolutionis, Ego te absoluo a peccatis tuis, id est, alligo te ad pacem purgatoriij, quae eadem sunt cum poenis inferni? Et nostræ satisfactiones per opera indebita hoc merentur, quod filius Dei non potuit promereri effusione sui sanguinis? Quomodo ergo meruit remissionem peccatorum, & quid est Deum remittere peccata? Estne hoc Deum remittere peccatum, quod

quod homines quando condonent offensas, dicere
solent. Ich wil vergeben / aber nicht vergessen.
Hoc est, Volo quidem remittere offensam, aut ut
Magistri nostri loquuntur : Rancoram cordis, sed
non obliuiscar, imò ulciscar per omnem occasio=
nem? Estne hæc huius dicti sententia : Ego sum,
ego sum ille, qui deleo iniquitates tuas propter me=
ipsum, & peccatorum tuorum non recordabor
amplius.

Hic dimitto Ruardum cum suis subtilitatibus,
Deum delere peccata, & eorum non recordari,
quando deponit hostilem animum. Nos reddere
Deo suam gloriam per nostras satisfactiones. Nos,
inquam, de quibus Paulus ait : omnes destituuntur
gloria Dei, quæ tūm demum ei redditā est, cum
Christus nasceretur, canentibus Angelis gloriam in
excelsis Deo. Relinquo eum cum suis subtilitati=
bus. Christum meruisse nobis, ut possumus satis
facere pro peccatis : & similia facere ijs,
quæ ipse fecit. Hæc enim deli=
ramenta non iudicauit di=
ona responfione.

11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

THEMATA
DE LIBERO
ARBITRIO, PRO-
POSITA IN ORDINARIA
DISPVTA TIONE.

Ad diem X. Ianuarij.

C Declar.

DECLARATIONIS SEPTIMI ARTICVLI IN QVO DICITVR.

Certa fide tenendum est, hominem habere liberum arbitrium, quo potest male, & cum gratia Dei bene uti, & post peccatum admisum, Deo iuuante pœnitere, & consequi remissionem peccatorum.

L I M A.

Duos sunt, quæ præcipue impediunt concordiam, de hoc articulo. Primum est, quod Luanenses pugnant pro merito congrui, quod plenè Pelagianum est, ut docet Augustinus ad Hilarium & Prosperum.

Alterum, quod Lutherani insimulantur à Ruardo hæreseos Lucidi presbyteri, & quod doceant uoluntatem hominis in conuersione pure passiue se habere.

Primo igitur errores præcipuos de libero arbitrio exponam.

Deinde de occasione errorum, & singulorum confutatione breuiter dicam.

Tertiò tradam simplicem formam docendi de libero arbitrio.

Duo autem sunt præcipui errores de libertate humanæ uoluntatis: unus Manichæorum: alter Pelagij,

lagij, ut docet Hieronymus in expositione fidei ad Damasum. Alij errores, noua sophistica hos reuarunt, ut Lucidus & Maxentius reuocarunt blasphemiam Manes, Et Scholastici haeresin Pelagij.

Manichæi docuerunt, duas esse naturas in homine, unam bonam ex Deo bono, alteram malam de gente tenebrarum, quæ nunquam fuit bona, ac ne quidem esse potest.

Occasio erroris Manicheorum.

Manes legens in Euangelio, Vos cum sitis mali, nostis dare bona filijs uestris. Et uos ex patre Diabolo estis. Et sapientia carnis est inimicitia aduersus Deum. Et video aliam legem, in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Et caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.

Putauit hæc & similia dicta de homine, quatenus est animal rationale, accipienda esse, et affirmauit, omnem corporalem creaturam esse à Deo malo.

Confutatio erroris Manicheorum.

Multis libris Augustinus confutauit hunc errorum, ex quo magna cum difficultate, precibus matris, & doctrina Ambrosij se eluctatum fuisse testatur, in libris confessionum. Hanc etiam blasphemiam refutauit Tertullianus scribens contra Cerdonem, et Marcionem. Et Irenæus discipulus Polycarpi, cui cum Romæ aliquando obuius uenisset Marcion, et interrogasset Polycarpum: Nostri ne nos? Respondit ille: Noui te esse primogenitum Sathanæ. Refutatur

futatur autem Manis blasphemia, à spiritu sancto
in primis ueribus sacrorum librorum: In principio
creauit Deus cœlum et terram: Et uidit Deus cun= =
cta, quæ fecit, & erant ualde bona. Et dixit Deus: =
Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem
nostram. Et alibi dicitur. Deus fecit hominem re= =
ctum, & reliquit eum in manu consilij sui, & adie= =
cit mandata, & dixit: Si seruaueris hæc, seruabunt
te. Et de filio Dei in principio Euangeli Johannis di= =
citur: Omnia per ipsum facta sunt. In ipso uita
erat. Et uita erat lux hominum. In sua uenit, & sui
cum non receperunt.

Hæc testimonia clare probant, hominem condi= =
tum à Deo, & quidem ad imaginem & similitudi= =
nem suam: id est, in perfecta sapientia, & iustitia
spirituali. Nam in his consistit ratio imaginis Dei,
& per hæc restituitur in homine lapso, ut Paulus do= =
cet, & nos infra dicemus.

Secundus error.

Pelagius docuit hominem posse suis uiribus sa= =
lutem & felicitatem assequi. Ideo negauit naturam
esse corruptam per lapsum Adam, & mortem esse
pœnam peccati ipsius. Et sustulit peccatum origi= =
nale, negauitq; baptismum esse necessarium infan= =
tibus. Et contra affirmauit primos homines condi= =
tos à Deo mortales, & mortuos fuisse, etiamsi non
peccassent. Et omnes homines non aliter atq; Adam
& Euam posse præstare legem Dei, & sine pecca= =
to esse.

Pelagianæ hæreseos occasio.

Videbatur ei indignum, & à diuina iustitia alienum, ut propter lapsum unius hominis totum genus humanum periret. Et contra citabat scripturam Ezechielis 18. Quid est, quod prouerbij loco dicitur? Patres nostri comedenterunt fructum acerbum, & dentes filiorum obstupuerunt? Non erit ita. Filius non portabit iniquitatem patris.

Deinde non potuit intelligere, quomodo peccatum à parentibus baptizatis transiret in posteros per propagationem, cum anima diceretur creari à Deo, & peccatum originale tolli in baptismo.

Et hoc iudicabat absurdum esse, Deum dedisse hominibus legem, quam seruare non possent, praesertim cum in plerisque locis requirat perfectionem, ut Ambula coram me, & esto perfectus. Estote mundi, sicut ego mundus sum. Si uis perfectus esse: uade et uende omnia, & da pauperibus, & ueni ac sequere me.

Persuasus enim fuerat à suæ professionis hominibus, id est, monachis, quod in eorum uita consistet perfectio, quam Christus in Euangilio requiri docet per legem. Et quia educatus fuit in Philosophia, & ualebat ingenio ac eloquentia, contendit hominem suis uiribus posse implere legem, & sine peccato esse. Et contra Augustinum citabat dictum Hieronymi, qui dicit Deum præcepisse impossibile Anathema sit. Et multorum sanctorum sententias ad suum dogma confirmandum torquebat.

Confu-

Confutatio hæresis Pelagi.

Sanctus Hieronymus confutauit hæreses Pelagi duas, id est, de integritate uirium hominis ad præstandam legem Dei, & quod non opus sit baptismo propter peccatum originis, duobus elegantibus Diologis, in quorum fine remittit eum ad scripta Augustini, dicens, se nihil ad hæc additurum, ne audiat illud Horatianum :

In syluam ne ligna feras.

Beatus Augustinus multos contra Pelagium, & Pelagianos, scripsit libros, de natura, & gratia, de gratia & libero arbitrio, de correptione & gratia contra duas epistolas Pelagi, contra Pelagium & Celestium, contra Iulianum libros sex, in quorum altero omnia dicta patrum citata à Pelagio recēset, & ex omnium, qui tunc in Ecclesia habebantur celebres scriptores testimonijs, eius dogma refutauit.

Sufficit autem uel unus locus in 5. cap. ad Romanos, ad errorem hunc refutandum. Quemadmodum per unum hominem peccatum ingressum est in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes peruersit, quatenus omnes in eo rei sunt, etiam illos, qui non peccauerunt ad similitudinem transgressiōnis Adam, id est, peccato actuali.

Hunc locum et si Pelagius exposuit de imitatione, sicut ille, qui nomine Hieronymi edidit commentaria in Romanos : tamen refutatur ex contextus orationis, & ex eo quod sequitur condemnatio ex uno delicto in omnes ad condemnationem. Et 1. ad

C 4

Corin-

Corinthios 15. dicitur : Quemadmodum omnes in Adam moriuntur, ita in Christo omnes uiuiscabuntur. Clare etiam docet Paulus in Epistola ad Rom. cap. 8. Τὸν ἀδελφὸν τὸν legis sublatum per Christum: & hunc esse finem legis ad iustitiam omni credenti, cap. 10. Omnes esse reos, & destitui gloria Dei: Iustificari autem gratis per gratiam. cap. 3. Deum conclusisse omnes sub inobedientiam, ut omnium misereretur. cap. 11. Dominum de cœlo prospexit super filios Adam, ut uideret, an sit intelligens aut requirens Deum. Omnes sese auertisse, & imutiles fuisse, non esse qui faciat bonum, ne unum quidem. cap. 3. Et Iob inquit, ne illum quidem esse mundum, ac ne infantem unius diei. Et Psalmus clare ostendit, nos in peccatis concipi & nasci, quoniam in iniuitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et Paulus ait : Eramus omnes natura filij iræ, sicut cæteri. Et Christus inquit : Oportet uos nasci denuo : Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non uidebit regnum Dei.

Primos autem homines non fuisse morituros, si seruassent mandatum, declarat comminatio Dei, addita transgressioni præcepti : In quaunque die comederitis, moriemini. Et responsio mulieris ad quæstionem serpentis : Cur præcepit uobis Deus, ne de pomo in medio paradyssi ederetis? Ne moriamur, inquit illa. Et in libro sapientiæ dicitur : Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione uiuorum. Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum.

Omnes

Omnes igitur posteri Adam sunt rei iræ Dei, & temporalis atq; æternæ mortis propter peccatum primorum parentum. Et Deus ideo tulit legem impossibilem, ut peccatum, quod ante non imputabatur, nec agnoscebatur obscurata imagine Dei in mente hominis, & aucta impietate & iniustitia, conspicuum foret, & conuinceretur dignum ira Dei, & æternis supplicijs. Et ut homines confugarent ad Christum, & per fiduciam misericordiæ promissæ propter ipsum, acciperent remissionem peccatorum, & donum Spiritus sancti, quo iuuante, possunt præstare Deo spiritualem obedientiam.

Tertius error.

Lucidus presbyter, uidens Pelagium damnum, quod nimium tribuisset libero arbitrio, & donum gratiæ Christi extenuasset, sic extulit donum gratiæ, ut nihil prorsus tribuendum esse libero arbitrio affirmaret. Imaginabatur enim Deum propter meritum Christi, & misericordiam in eo promissam, quibusdam paucis ex posteris Adam, peccatum eius uelle remittere. Et hos uocari uasa misericordiae preparata ad gloriam, ita ut perire non possent sua uoluntate, quicquid agerent, condonante eis Deo per gratiam omnia peccata propter Christum. Horum etiam bona opera, esse mera dona Dei, & soli gratiæ sic tribuenda, ut ne quidem obedientia humanae uoluntatis, requireretur, quæ nulla esset agente hominem spiritu Christi. Multitudinem hominum dicebat à Deo reiectam propter pecca-

C 5 tum

tum Adam, & hos uocari uasa iræ apparata ad im-
teritum, quod non possent seruari, nec credere Eu-
angelio : Et hos Deo uolente perire.

Occasio erroris Lucidi,

Vt Stoici alligabant Deum ad cauſas secundas:
& dicebant omnia necessariò fieri propter connexi-
onem cauſarum secundarum cum prima cauſa.

Ita Lucidus presbyter cum Poëtis omnes acti-
ones humanas, dicebat pendere à uoluntate & di-
ſpoſitione Dci, nec quicquam uelle, aut agere posſe
homines, niſi quod ante uoluiffet agere, & uelle eos
Deus.

Et hanc imaginationem attulit ad ſcripturam,
et iuxta eam exposuit. Hæc & ſimilia dicta : Multi
ſunt uocati, pauci uero electi. Et crediderunt om-
nes, quotquot præordinati erant ad uitam æternā.
Ex his colligebat, prædestinatos tantum posſe cre-
dere. Et Deum paucos aliquot prædestinasse ad ui-
tam æternam, Et his ſolis facere potestatem cre-
dendi.

Confutatio erroris Lucidi.

Hic error confutatus eſt à synodo Lugdunenſi,
& à Fausto Episcopo duobus libris. Et ab Auguſti-
no in libro de prædestinatione sanctorum. Ac facile
potest refutari ex his & ſimilibus ſcripturæ testi-
monijs, qui uult omnes homines ſaluos fieri, & ad
uiam ueritatis uenire. Nec ualet commentum, quo
dicitur, Hoc intelligendum eſſe Υπέρβολω, nec
etiam inuentum humanae rationis, duplicem eſſe in
Deo

Deo uoluntatem, Vnam signi, uel significatam, & reuelatam in uerbo, Aliam absolutam. Et de priore quidem uoluntate intelligendum, quod Deus uult omnes homines saluos fieri. Et de posteriore Paulum dixisse: Voluntati eius quis resistit? Non ualeat inquam hoc inuentum & falsum ex eo esse comprobatur, quod Deus in Mose & Prophetis dicit se tradidisse uerbum, & huic addidisse miracula, ut ei fidem haberemus, & de sua uoluntate ex eo iudicaremus. Et in Euangilio clamat de filio docente: Hunc audite. Et Iohannes ait: Deum nemo uidit unquam, unigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit.

Iurat autem Deus per Prophetam: Viuo ego, dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & uiuat. Iuraret autem falsum, si uellet aliquos perire, & nollet conuerti.

Et Christus commentum refutat, dicens: Dico uobis: Ita gaudium est Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente &c. Et non est uoluntas patris uestri, ut pereat unus de pusillis istis: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et Petrus inquit: In ueritate comperi, quod non sit personarum respectus apud Deum, sed in omni gente, qui timet Deum, & facit iustitiam, acceptus est illi. Et Paulus cap. 2. ad Romanos ait: Gloria autem omnium operanti bonum, Iudeo primum, & Græco. Non est enim respectus personarum apud Deum. Eodem loco affirmat, Deum inuitare homines

nes ad pœnitentiam. Et cauſsam impœnitentiæ re-
iicit in pertinaciam hominum. An ignoras, inquit,
quod bonitas Dei te ad pœnitentiam adducit? Sed
secundum duriciem tuam, et cor pœnitere uestrum,
thesaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iu-
sti iudicij Dei, qui redditurus est unicuique iuxta ope-
ra sua. Clare etiam testatur cap. 8. Deum tradidisse
filium, ut omnes homines seruarentur. Qui proprio
filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit
illum.

Summa autem impietas est dicere, Deum inui-
disse multitudini hominum salutem: & uoluisse
hanc perire. Et atrox Christi iniuria est affirmare,
eum non pro omnibus mortuum esse, & noluisse,
aut non potuisse mereri omnibus salutem.

Grauem, inquit synodus Lugdunensis, in autho-
rem retorquemus inuidiam: si dicamus, quod pos-
sibilitatem capeſſendæ salutis noluerit ei dare, qui
periit, illi duntaxat, qui iam capere poſſit arbitrij
libertatem, cum minimè negare poſſumus, quod
mandati præuaricationem in ſui iudicij examine
damnabit. Qui enim non eſt obnoxius deſucepto,
quomodo reus poſſit eſſe de perduto?

Quartus error.

Quia in refutatione hæreſis Lucidi Presbyteri
Faustus Episcopus, cui à Leontio Pontifice fuerat
mandatum, ut eam nomine Synodi ſcriberet, multis
claris ſcripturæ testimonij, & grauiſſimis ratio-
nibus, inter alios errores, illum etiam confutauit,
Christum

Christum non pro omnibus mortuum esse, nec me= ruisse, ut per Spiritum sanctum in prædicatione Euangeliū donaretur uniuersis credendi potestas. Iohannes Maxentius, qui contra usitatam Ecclesiæ doctrinam, Non personam filij tantum, sed natu= ram diuinam factam carnem contendebat. Et Chri= stum uoluit dici non solum unam ex tribus perso= nam : sed unum in trinitate, cum iuxta Augustini doctrinam, cuius auctoritate se defendebat, adiecti= ua in neutro genere non personis, sed essentiæ tri= buenda sunt. Dicimus enim Deum unum in trini= tate, & trinum in unitate, non patrem aut filium & Spiritum sanctum unum in trinitate, & trinum in unitate. Hic inquam, Iohannes Maxentius non solum Faustum Episcopum, sed etiam synodum Lu= gdunensem, & Pontificem Hormisdam insimulauit hæreseos, quòd non damnaret Dioscorum, et alios sedis Apostolicæ legatos, qui malebant, Christum dici unam in trinestate personam, quam unum in trinitate. Et Faustum qui affirmabat, uolunta= tem humanam excitatam à Spiritu sancto posse cre= dere, & omnibus per prædicationem Euangeliū fi= eri hanc potestatem.

Vociferabatur enim, hoc non tantum contra do= trinam Augustini, sed contra Paulum dici, cum is affirmaret, quòd non omnium esset fides : & fidem donum Dei esse, non ex uobis. Et Cyprianum id pro basse ex Pauli dicto : Quid habes, quod non acce= pisti ? Et Augustinum fateri, se hoc testimonio con= uictum

uictum fuisse , ut confiteretur errorem suum : &
quod in libris ante Episcopatum scriptis dixisset,
fidem in nobis esse ex nobis, Et quod prædicato Eu=
angelio assentiremur nostrum esse proprium.

Ex his sic colliebat Maxentius : Hic fatetur
Augustinus errorem suum , quod putauerit homi=
nem ex libertate arbitrij posse assentiri Euangeliij
prædicationi. Igitur impietas est hoc affirmare, &
oportet fateri, fidem esse donum Dei, quod non om=
nibus donatur : Et non omnes posse credere Eu=
angelio , & uoluntatem in regeneratione pure pas=
sue se habere.

Occasio Cacozeliæ Iohannis Maxentij.

Cum Faustus dicat uoluntatem præuentam grada=
tia oblata in prædicatione Euangeliij, ut Augustinus
loquitur, posse credere, aut potius uelle ei assentiri,
& sic orare cum illo in Euangilio : Credo domine
adiuua incredulitatem meam, Putat Maxentius aut
simulat potius, se non aliter intelligere disputatio=
nem Fausti , quam quod affirmet hominem sine auxi=
lio Spiritus sancti posse credere, & hac fide mereri
gratiam , ut dixit Pelagius : imò id ipsum Fausto
objicit , cum is, ut mihi non solum, sed synodo Lu=
gdunensi , & Pontifici Hormisdæ uidetur, non de
gratia , qua uoluntas præuenitur à Spiritu sancto
per ministerium Euangeliij, & quam Augustinus gra=
tiam præuenientem, Scholastici primam gratiam
uocant, sed de incremento gratiæ, uel ut Augustinus
&

*& Scholastici loquuntur de gratia concomitante,
suam disputationem uelit intelligi.*

Nam clare cap. 8. secundi libri, ait: Extollam beneficia creantis, sed in immensum præferam redimentis. Nec hoc quidem uidebor facere incautus, si profitear, quod aliquoties in dispositionibus nostris, non quidem in uitæ nostræ primordijs, sed dum taxat in medijs, gratias speciales, & ex accedenti largitate uenientes, uoluntas nostra Deo ita ordinante præcedat. Vtrum ita sit, sacra interrogemus eloquia. Legimus in Euangeliō dicentem Dominiū: Quid tibi uis faciam? vis sanus fieri? Et cum uenitur ad Baptismum, prius accendentis uoluntas inquiritur, ut regenerationis gratia subsequatur. Nihil hic, ut opinor, redolet præsumptionis, cum hoc incessabiliter asseram, quod Deo debeam ipsam uoluntatem, præsertim cum in omnibus eius motibus, ad opus gratiæ referam, & inchoationis initia, & consummationis extrema.

Altera occasio.

Cum scriptura dicat mentem hominis post Iapsum Adam sic obtenebratam esse, quod res spirituales intelligere nequeat. Et uoluntatem sic auersam à Deo, ut credere non possit, nisi excitetur à Spiritu sancto, putauit Maxentius per omnia sic esse in renouatione, sicut in prima conditione. Et uoluntatem nihil agere, sed purè passiuè se habere.

Confus-

Confutatio Iohannis Maxentij & Lucidi ex Augustino.

Augustinus in libro de spiritu & litera cap. 33. disertè quærit, An uoluntas, qua credimus, sit donum Dei, an uerò reliqua ex libero arbitrio insito animæ rationali in creatione, & quomodo intelligendum sit illud: Quid habes, quod non accepisti?

Respondet autem omnino concedendum esse, uoluntatem credendi esse donum Dei, iuxta dictum Pauli, & simul confitendum, quod sit à libero arbitrio. Quandoquidem, inquit, uoluntas credendi de libero arbitrio surgit, quod anima rationalis cum crearetur accepit.

Deinde ita intelligendum esse illud: Deum uelle omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, si scilicet recte utantur libero arbitrio, in accipiendis donis Dei cum offeruntur, & cum iam acceperint. Vult, inquit, Deus omnes homines saluos fieri, & ad ueritatis agnitionem uenire, non sic tamen, ut illis adimat liberum arbitrium, quo uel bene, uel male utentes iustissimè iudicentur. Quod cum fit, infideles quidem contra Dei uoluntatem faciunt, cum eius uoluntati non credunt. Sequenti capite, ex alterius persona petit exponi hoc clarus, ne dicatur Deus esse caussa peccati, quod infideles non credendo per liberum arbitrium admittunt, si affirmetur fides esse donum Dei, non ex nobis, quia Paulus ait: Quid habes, quod non acceperisti, et respondet fidem dici donum Dei, non tantum quod

quòd sit ex libero arbitrio insito animæ rationali in creatione : sed quia uoluntas in ministerio per Spiritum sanctum excitatur ad credendum . Et peccatum incredulitatis tribui libero arbitrio , propterea , quòd in eius potestate sit credere , & non credere , assentiri & dissentiri Euangeliō , etiam cum fuerit à Spiritu sancto per ministerium excitata .

Hæc , inquit initio 34. cap. disputatio , si sufficit , sufficiat . Si autem respondetur , cauendum esse , ne quis putet Deo tribuendum esse peccatum , quod admittitur per liberum arbitrium , in eo quod dicitur : Quid habes , quod non accepisti ? Propterea etiam , quòd uoluntas , qua credimus dono Dei tribuitur , quia de libero extitit arbitrio , quod cum crearetur accepimus . Attendat & uideat non tantum istam uoluntatem , diuino muneri tribuendam , quæ ex libero arbitrio est , quod nobis naturaliter concreatum est : uerum etiam uisorum suasionibus agit Deus , ut uelimus & credamus siue extrinsecus per Euangelicas exhortationes , ubi mandata legis aliquid agunt , si ad hoc admonent hominem infirmitatis suæ , ut ad gratiam iustificantem credendo configiat , siue intrinsecus , ubi nemo habet in potestate , quod ueniat ei in mentem , sed consentire , uel dissentire propriæ est uoluntatis .

His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali , ut credi (neq; enim credere potest quolibet libero arbitrio , si nulla sit suasio , uel uocatio , cui credat profecto , & ipsum uelle credere) Deus

D opera =

operatur in homine, & in omnibus misericordia eius præuenit nos. Consentiri autem uocationi, uel ab ipsa dissentire, sicut dixi, propriæ est uoluntatis, quæ non solum non infirmant quod dictum est: Quid habes, quod non accepisti, uerum etiam confirmant.

Accipere quippe & habere non potest anima dona, de quibus hoc audit, nisi consentiendo, & per hoc quidem habeat. Accipere autem, & habere uti que accipientis & habentis est.

Ex his manifestum esse potest, uoluntatem credendi dici donum Dei, & ab eo acceptum, & quia de libero surgit arbitrio, quod nobis in prima conditione inditum est diuinitus, & quia hoc ipsum excitatur per Spiritum sanctum uocantem & iuuantem in ministerio. Deinde esse liberi arbitrij, quod in eius potestate sit, excitantem & uocantem sequi, aut non sequi: hortanti & suadenti obtemperare aut repugnare, & doctrinæ Euangelij assentiri, aut dissentiri, credere & fidem non habere.

Iniuriam igitur facit Maxentius Augustino, cum affirmat eum docere, fidem & uoluntatem credendi esse donum speciale & personale, quod non omnibus offertur, & non omnes qui audiunt prædicationem Euangelij (per quod Spiritus sanctus efficax est, & excitat mentes omnium audientium) posse credere, & uoluntatem purè passiuæ se habere in accipiendo fidei dono, & auxilio ad credendum diuinitus oblato.

Et

Etsi autem Augustinus in fine 3. 4. cap. & alijs locis uideatur cauſam efficacij ministerij Euangelij in audientibus doctrinam, referre ad prædestinationem, cum addit, Iam si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coarctet, cur ille suadeatur, ut persuadeatur: Ille autem non ita? Duo interim occurruunt, quæ respondere mihi placet, scilicet, O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei: Et nuncquid est iniquitas apud Deum? tamen in libro de prædestinatione sanctorum euidenter demonstrat, neq; præscientiam Dei, neq; prædestinationem imponere uoluntati credendi aut non credendi, bene aut malè operandi necessitatem.

Integra & perpetua doctrina Augustini de prædestinatione, gratia & libero arbitrio, ex libro de prædestinatione sanctorum.

Difficile esse definire, quomodo libertas arbitrij constet cum præscientia & prædestinatione atq; gratia.

Tres inquit nodi nimis perplexi se inuicem neuix complicant, ut uix aliquis transeat, quin eis inhibereat, Vnus, quo afferitur, quod soli prædestinati saluentur: Alter, quo astruitur, quod per solam gratiam homines fiant salui. Tertius, quo dicitur, quod solum liberum arbitrium salutem operetur.

D 2 Occasio

Occasio erroris Lucidi Maxentij, & aliorum iuxta Augustinum.

Putant enim quidam, quod prædestinatio ad solos sanctos pertineat, cum dicat Apostolus: Quos autem præcognouit, eosdem et prædestinavit, et quos prædestinavit, eos etiam uocauit, et iustificauit et magnificauit.

Quid sit Prædestinatio?

Vnde ut sentiamus cum Apostolo, sciendum est nobis, quid sit prædestinatio, Hæc autem nihil aliud est, quam pro meritis cuiusque uel ad gloriam, uel ad poenam æternam, Dei præparatio.

Duplicem esse Prædestinationem.

Est autem duplex Prædestinatio, una bonorum ad gloriam, alia malorum ad poenam.

Quod præscientia & prædestinatio nullum cogunt uel ad bene, uel ad male operandum.

Sed quia quidam de prouidentia & præscientia musitant, quasi hæc necessitatem hominibus inferant, sciendum est, quod nec prouidentia aliquem compellit ad boni studium, nec prædestinatio ullum trahit necessitate ad uitæ præmium. Similiter præscientia nullum cogit ad peccatum, & prædestinatio nullum impellit necessitate ad supplicium. Qui autem præsciti sunt in malo uitam finituri, ad poenam utique sunt præordinati.

Qui

**Qui sunt præordinati ad gloriam,
ut ad supplicium, & propter
quam caussam.**

Ergo quos Deus præsciuit in filium credituros,
& mandata eius uoluntate seruatueros, hoc ante se-
cula ad uitam prædestinauit. Quos autem hoc mi-
nimè facturos præsciuit, hos à Regno gloriæ re-
probauit, & uasa ire & contumeliæ, ad pœnam
destinauit.

**Obiectio Lucidi Maxentij
& aliorum.**

Sed obijcere solent, in Euangelio scriptum esse:
Pater dilexisti eos ante constitutionem mundi. Vi-
dentur enim iij necessitate saluari, qui ante exordi-
um mundi à Deo sunt dilecti.

Responsio Augustini.

Ad hoc respondendum est, quòd nihil Deo fu-
turum est, sed omnia sunt ei præsentia, quia iam fe-
cit, quæ futura sunt. Omnes ergo iusti futuri, semper
in præscientia Dei fuerunt iusti. Et ideo ante mun-
di constitutionem sunt dilecti, & electi: sed suo
tempore pro qualitate meritorum, ad gloriam præ-
destinandi.

**Quomodo intelligendum sit:
Jacob dilexi, Esau autem
odio habui:**

Quia enim Jacob in præsentia Dei simplex fuit,
ideo eum Dominus dilexit. Contra uero quia Esau

D 3 pro-

prophanus erat, ideo hunc odio habuit. Dilexi in
præterito, & odio habui, propter æternitatem po-
suit. Quia immutabile est omne, quod æternitas
fiendum præuidit.

Quod ex ὑποθέσι prædestinationis
non sequitur id esse necessarium,
quod ex eo colligitur.

Igitur licet necesse sit fieri quod Deus propo-
suit, præsciuit & prædestinavit: tamen propositum,
præscientia & prædestinatio nullam uim neceſſita-
tis alicui infert, quin quisq; faciat libero arbitrio,
quod uult. Et qui per liberum arbitrium declinant
a malo, & faciunt bonum, hi sunt populus eius, &
oues pascuae eius. Qui autem per libertatem arbi-
trij deficiunt, & nulla neceſſitate cogente, sed spon-
te, seruituti inimici se subiiciunt, dum serui peccati,
dæmonibus, qui uitijs præsunt, seruiunt. Hi sunt po-
puli Pharaonis, nec sunt de ouibus Christi, sed in im-
ferno ponendæ, & quos mors depascet.

Qui obdurantur, & qua
de cauſa.

Tales tot doctrinis auditis, & signis uisis, & tot
plagis perpeſis, incorrigibiles sunt, quia eos Do-
minus abiecit, cum eos in iniustitia iuste dereliquit.

Quod prædestinatio & gratia non
tollunt liberum arbitrium.

Itaq; præscientia & prædestinatio Dei immu-
tabiles & fixæ manent: Quia omnia, quæ Deus fi-
enda

enda præscit, & prædestinavit, indeclinabiliter fi-
ent. Gratia autem & liberum arbitrium salutem ho-
minis concordi fædere operantur.

De libero arbitrio quid sit.

Arbitrium itaq; est propriæ uoluntatis iudici-
um, quid uelis, quid nolis. Hoc liberum dicitur, quia
non est necessarium: Sed quibus inest ratio, inest no-
lendi uolendiq; libertas.

Cur Deus dedit homini liberum arbitrium, quo sciebat eum uelle peccare.

Si quis autem dicat, non decuisse Deum dñe ho-
mini liberum arbitrium, per quod eum peccare præ-
sciuerat. Hoc huiusmodi est, quasi diceret, scientiam
homini dare non oportuit, qua eum abuti præsciret.
Si enim hominibus scientiam non dedisset, nihil à
brutis distarent. Si liberum arbitrium non dedisset,
necessitati per omnia subiacerent, ut bestiæ, nec ul-
lum meritum apud Deum haberent. Oportuit igi-
tur, ut eis scientiam daret, qua creatorem agnosce-
rent, liberum etiam adderet arbitrium, qua liberè iu-
stitiam seruarent, per quam semper beati forent.

Quòd liberum arbitrium gratia pre- uenitur, ut ei cooperetur.

Ex gratia quippe præueniente bona uoluntas
diuinitus inspiratur. Et sic liberum arbitrium gra-
tiæ cooperatur. Igitur per liberum arbitrium siue
gratia Dei impossibile est aliquem saluari. Sed per

*gratiam libero arbitrio meritum imputatur, cuius
perseuerantia præmio coronatur.*

**Ex iusticia Dei & libero arbitrio est, quod homines
damnantur.**

Quod igitur aliqui in decrepita ætate non salvantur, ex iustitia Dei, & libero arbitrio esse non ignoratur. Ex iusticia quidem, quia per gratiam ad bonum non emolliuntur, sed in malitia indurari permittuntur. Licet sœpè fons gratiæ largè in eos effluat, & eis pœnitentiam ad horam tribuat, quam ipsi mox abijciunt, & ut canis ad uomitum, ad uitia redeunt.

Ex libero arbitrio quia iusticiam oblatam recipere nolunt, & iniquitatem magis diligunt.

**Prædicatio caussa salutis his, qui oblatam in ea gratiam accipiunt:
Respuentibus uero eam, testimoniūm iustæ condemnationis.**

Illis uero supradictis, id est, qui iusticiam diligunt, est uerbum Dei caussa salutis, & uia ad uitam. His autem qui oblatam ultro gratiam non recipiunt, caussa mortis, & testimonium ad interitum. Hic Augustinus docet, gratiam offerri etiam his, qui pereunt, & ideo eos perire, qui oblatam gratiam recipere nolunt.

Quomodo

Quomodo intelligendum sit: Ne-
mo uenit ad me, nisi pater meus tra-
xerit eum: Ex commentarijs in
Euangelium Iohannis.

Si trahimur, inquit, ergo inuiti uenimus. Ergo uiolentia adhibetur, non uoluntas excitatur? Intrare potest quis Ecclesiam nolens, accedere ad altare nolens, sumere Sacramentum nolens, credere non potest nisi uolens.

Si corpore crederetur, fieret in nolentibus: Sed corpore non creditur, Apostolum audi: Corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. De radice cordis surgit ista confessio. Cum ergo corde credatur, quo nemo utiq; facit inuitus: qui autem trahitur, quasi cogi uidetur, quomodo istam soluimus quæstionem: Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum? Trahitur quis, ergo inuitus uenit: Noli, inquit, cogitare, te inuitum trahi, trahitur animus etiam amore.

Contemnenda esse eorum iudicia,
qui contendunt, uoluntatem pure
passiuē se habere.

Nec timere debemus, ne ab hominibus, qui uerba perpendunt, & à rebus maximè diuinis longè remoti sunt, si in hoc scripturarum sanctorum Euangelijuerbo reprehendamur, & dicatur nobis, quomodo uoluntate credo, si trahor? Ego inquit, dico, parum est uoluntate, uoluptate etiam traheris.

D s Quid

Quid est trahi uoluntate? Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui. Est quædam uoluptas cordis, cui panis cœlestis est suauis. Porro si Poëtæ dicere licuit: Trahit sua quenq; uoluptas: non necessitas, sed uoluptas, non obligatio, sed delectatio: quanto fortius nos credere debemus trahi ad Christum, qui delectatur ueritate, delectatur iusticia, delectatur sempiterna uita, quod totum Christus est. Hæc Augustinus.

Confutatio Lucidi, Maxentij & aliorum, qui eos sequuntur, ex doctrina Ambrosij de libero arbitrio.

In priori libro de uocatione gentium triplicem ponit in homine uoluntatem: sensualem seu carnalem, quæ non erigitur supra motum, qui de sensibus nascitur: Animalem, quæ se attollere potest ad cognitionem disciplinarum, et uirtutum, et inquisitionem naturæ ac summi boni. Et hanc uagam et incertam esse ait, et sæpè errare, sicut ad Romanos primo dicitur: Vani facti sunt in cogitationibus suis.

Tertiam spiritualem, quæ est à spiritu sancto reparante naturam, ut quod in hominis uoluntate agit, per ipsam etiam agat.

Voluntatem excitari à Spiritu sancto, nec tamen ideo tolli liberum arbitrium.

Nemo

Nemo fidat suis uiribus, quæ cùm erant integræ,
non steterunt, sed per illum quærat uictoriam, qui
solus non est uictus, & in omnibus uicit. Et si quæ= =
rit, non dubitet, quærendi affectum ab illo se acce= =
pisse, quem quærerit. Nec quia Spiritu Dei agitur,
ideo putet, se libero arbitrio carere, quia ne tunc
quidem perdidit, quando Diabolo uoluntate se de= =
dit, à quo iudicium uoluntatis deprauatum est, non
ablatum.

**Quomodo Spiritus sanctus excitat
uoluntatem, ut ipsa ei cooperetur
in iustificatione.**

Gratia quidem in omnibus iustificationibus prim
cipaliter præeminet, suadendo exhortationibus, mo
nendo exemplis, terrendo periculis, incitando mira= =
culis, dando intellectum, inspirando consilium, corq;
ipsum illuminando, et fidei affectionibus imbuendo.

Sed etiam ipsa uoluntas hominis subiungitur ei,
atq; coniungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata
præsidijs, ut diuino in se cooperetur operi, Et inci= =
piat exercere ad meritum, quod superno semine con
cepit ad studium, de sua habens mutabilitate si de= =
ficit, de gratiæ opitulatione quod proficit.

**Quòd gratia offertur omnibus, &
homines ex proteruia eam
respuant.**

Quæ opitulatio per innumeros modos, siue oc= =
cultos, siue manifestos omnibus adhibetur. Et quòd
à mul=

ā multis refutatur, ipsorum est nequitiae. Quod autem à multis suscipitur, et gratiae est diuinæ, et voluntatis humanæ.

Initia profectus, & perseverantiam esse simul à gratia & libero arbitrio.

Sive igitur initia, sive profectus fidelium, sive ad finem usque perseverantiam cogitemus, nulla species cuiusque uirtutis occurrit, quæ uel sine dono diuinæ gratiae, uel sine consensu uoluntatis habeatur humanae. Ipsa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, ut in eo, quem uocat primam sibi receptricem, et famulam donorum suorum preparet uoluntatem.

Nec fidem, nec ullam uirtutem esse sine consensu uoluntatis.

Nam uirtus nolentium nulla est, nec potest assertari uel fidem, uel spem, uel caritatem eis inesse, quorum ab his alienus est consensus.

Fidem concipi prædicatione, & ueris pauoribus,

Hunc consensum non solum cohortatio prædicantium, et incitamenta doctrinæ, sed etiam metus gignit, sicut scriptum est: Initium sapientiae timor Domini, qui quantilibet terroribus inferatur, non aliud agit, nisi ut illum, quem fecerat timentem, faciat et uolentem.

Non

Non consequitur: Homines tra-
huntur, Ergo non ueni-
unt uoluntate.

*Non enim esset, unde traherentur, si sequaces fi-
de, & uoluntate non essent: quoniam qui non cre-
dunt, nec trahuntur omnino, nec ueniunt. Neq; enim
accedunt, qui dissentunt, sed recedunt. Qui igitur
ueniunt amore ducuntur: dilecti enim sunt, & di-
lexerunt, quæstisunt, & quæsierunt, & quod uo-
luit Deus eos uelle, uoluerunt.*

Quòd Deus uult omnes saluos fieri,
& iuuet incredulos, ut credant, libe-
rumq; facit credentibus, ut in
fide permaneant.

*Igitur qui credunt, iuuantur, ut in fide mane-
ant: qui non credunt, iuuantur ut credant. Et quem
admodum illi in sua potestate habent, ut exeant, ita
isti in sua, ne ueniant, fitq; manifestum, quòd diuersis
& innumeris modis uult Deus omnes homines sal-
uos fieri, & ad uiam ueritatis uenire, sed qui ueni-
unt, Dei auxilio diriguntur, qui non ueniunt, sua
pertinacia reluctantur.*

Quòd uexatio det intellectum,
non auferat.

*Cum igitur timor hic per quandam uim magni
terroris immittitur, non ibi ratio extinguitur, nec
intellectus aufertur, sed illa potius, quæ mentem pre-
mebat,*

mebat, caligo discutitur, ut uoluntas prius deprauata atq; captiuā libera & recta efficiatur. Vnde si cut animus nihil uirtutis capit, nisi radium acceperit ueri lumen: ita gratia nihil ei, quem uocat, affert, nisi in eo oculos aperuerit uoluntatis. Hæc Ambroſius.

Refutatio Lucidi, Maxentij, & eorum, qui eos sequuntur ex doctrina sancti Bernardi in libello de libero arbitrio.

Istic diserte quærit, quomodo pōſſit aliquid trubui libero arbitrio in cenuerſtione hominis, eum Paulus quicquid boni eſſe potest, hoc eſt, & cogitare & uelle, & perficere, tribuat Deo pro ſuo bona uoluntate. Et ſic respondet: Sic Deus hæc tria, id eſt, cogitare, & uelle, & perficere, operatur in nobis, ut primum ſane ſine nobis, ſecundum nobiſcum, tertium per nos facit. Siquidem immittendo bonam cogitationem nos p̄aeuenit: quia enim neminem bonum innuerunt, neminem ſaluat, quem non p̄aeuenit. A Deo ergo ſine dubio eſt ſalutis noſtræ exordium, nec per nos utiq; nec nobiſcum. Verum consensus eſt operis noſtri, ut ſi non ex nobis, non iam tamen ſine nobis.

Et post pauca. Sic autem iſta operatur cum libero arbitrio, ut in primo tantum illud p̄aeueniat: In cæteris cooperetur, ita tamen, quod à ſola gratia ceptum, pariter ab utroq; perficitur, ut mixtum, non

non singulatim, simul, non uicissim per singulos
profectus operentur, non partim gratia, partim li=berum arbitrium, sed totum & singula individuo
opere peragunt, totum quidem hoc, & totum illa,
sed ut totum in illo, sic totum ex illa.

Ex his omnibus facile intelligi potest, quae sit li=bertas uoluntatis in conuersione, & regeneratione,
& quomodo illa fiat, ac quatenus sit similis genera=tioni & creationi, & qua ratione ab his differat.
Deus ut in conditione, & generatione, sic in reno=uatione & regeneratione est pater. In conditione
dicit, & res uerbo fiunt, ac spiritu souentur sine ul=lo motu proprio. In regeneratione etiam dicit, &
mittit Doctores Euangelij, per quorum ora loqui=tur, & per uerbum Christi seminat in corde bonam
cogitationem. Hæc souetur à sancto spiritu, non ali=ter, quam semen in utero ab insito spiritu uitali
spermati. Et sicut mulier ex malitia potest susce=ptum semen eijcere, & amaritudine pharmacorum
enecare: sic cor humanum ex sua nequitia & ama=rulentia, instigante malo spiritu, potest dulce semen
uerbi Dei expellere, & bonitati sancti spiritus sua
uiter per exhortationem trahentis ad Christum re=sistere. Et sicut bona matri facienti suum officium,
ut conceptum semen retineat, & embrioni alendo
succum boni sanguinis subministret, Deus uerbo po=tentiæ creationis adest, in formandis & distinguen=dis membris, & in fœtu animando: ita Deus uerbo
potentiæ regenerationis, quod est Euangelium, adest
homini

homini , illud suscipienti , & se ex eo sustentanti ,
cum auxilio , ad illustrandos oculos mentis , & libe=
randam à captiuitate Diaboli uoluntatem , ut in Eu=
angilio uoluntatem Dei à filio reuelatam intellige=
re , & huic assentiri possit . Ad hunc modum fieri re=
generationem , Christus in Euangelio ad Nicode=
mum : & in parabola de seminante . Et Iacobus , in
Epistola docet , cum inquit : Voluntariè enim genuit
nos uerbo ueritatis , ut simus initium aliquod crea=
turæ eius . Et addit : Quapropter suscipite insitum
uerbum , quod potest seruare animas uestras . Et Pau=
lus uocat Euangelium potentiam Dei omni creden=
ti , quod Deus per ministerium doctrinæ potentiam
suam exerit , & efficax est ad conuertendos homi=
nes , & eos seruandos per illud . Deus igitur ad
hunc modum regenerat , renouat & recreat mentes ,
aufert corda lapidea , & emollit prædicatione pœni=
tentiae , & ueris pauoribus incusis animis , ex uisits
signis & miraculis , ut in Aegypto , & ad mare ru=
brum , & ex resuscitatione mortuorum . Vnde cui=
dam Christus in Euangelio ait : Nisi signa & pro=
digia uideretis , non creditis : aut certè ex sensu iræ
Dei inter flagella . Vexatio enim dat intellectum .
Et ut Ambrosius ait : Ingens metus discutit mentis
caliginem , ut in Manasse & Paulo , & populo Isra=
élitico , iuxta dictum Psalmi : Cum percuteret eos ,
quærebant eum , subito reuertebantur , & diluculo
ueniebant ad eum , & secundum parabolam Euan=
geliij de filio prodigo . Dat etiam Deus leges suas in

cordi=

dibus, & in uisceribus scribit eas : quia per ministerium Euangeliū, lectionem, auditum & meditacionem sacrorum librorum Spiritus sanctus est efficax in animis, sicut Paulus docet, cum ait, Corinthios esse suam Epistolam scriptam non atramento, sed spiritu Dei uiuentis in cordibus eorum.

Sic Deus per uocem sui filij in ministerio Euangeliū excitat à morte, illustrat mentes & uiuificat, sicut Zacharias in cantico de baptistæ prædicacione ait : Et tu puer diceris Propheta altissimi : præibis enim ante faciem Domini, ad parandas vias eius, Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum, per uiscera misericordiæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto, ut illucescerit his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent. Sic Esaias describit efficaciam ministerij Euangeliū, dicens : Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. Habitantibus in tenebris, & regione umbræ mortis lux orta est eis. Et addit uocem Euangeliū : Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, ut doceat se de luce in ministerio lucente loqui.

Christus igitur luce Euangeliū illustrat cæcas mentes, & captiuis à Diabolo facit potestatem credendi, ut fiant filij Dei, sicut in eodem loco dicitur : Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui crediderunt in nomine eius.

Hæc beneficia offeruntur omnibus in ministerio, & per id fit potestas uniuersis & singulis illa recipiendi

E piendi

piendi, & credendi. Quod autem alibi ait: Non omnium est fides: ipse exponit se, cum ait: Sed non omnes obediunt Euangelio. Et his, qui sunt contentiousi, & non acquiescunt ueritati, obtemperant auctem iniustitiae crit tribulatio & angustia. Et sicut Iannes & Mambres restiterunt Moysi: ita iij resistunt ueritati. Illi enim qui oppugnant agnitam ueritatem traduntur in reprobam mentem, & excæcantur a Diabolo, sicut Paulus inquit: Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificaerunt, sed ueritatem detinuerunt in iniustitia. Et alibi: Quod si opertum est Euangelium nostrum in his qui pereunt est opertum, quibus Deus huius seculi excæcauit oculos infidelium, ne illucesceret illis gloria Christi.

Quia enim ad lucem oculos claudunt, ne uident, & a ueritatis prædicatione auditum auertunt, & ad fabulas conuertuntur: ideo iusto iudicio deseruntur a Deo, & permittuntur tyrannidi Diaboli, sicut illi, de quibus Paulus ait: Et quia non acceperunt ueritatem dilectionis, immittet illis Deus efficaciam illusionis. Et Christus inquit: Ego ueni in nomine patris mei, & me non recepistis, si aliis uenerit in nomine suo, illum recipietis.

Isti etiam obdurantur a Diabolo, nec possunt credere uisis portentis, & prodigijs, sicut de Pharaone dicitur. Mose enim clare ait, & aggrauatum est cor Pharaonis. Et uidens Pharao, quod data esset requies, ingrauauit cor suum. Quia autem haec fiunt

fiunt à mala uoluntate suadente Diabolo, & per=mittente Deo. Ideo etiam eodem loco Mose scribit, dixisse Deum : Ego indurabo cor Pharaonis. Quia ipsa obduratio est pœna contumaciæ, persequitio=nis, & incorrigibilitatis : Et Deus suam contume=liam in Diabolis, & hominibus, qui eorum perti=naciam sequuntur, punit excæcatione & obdura=tione. Sunt enim iij proprio iudicio condemnati, si=cut Paulus ait, hæreticum hominem post unam & alteram admonitionem uitabis, sciens, quòd is sub=uersus sit, & proprio iudicio condemnatus.

De horum igitur similibus Iohannes dicit, quòd tot signis uisis non poterant credere, quia de illis dictum fuerat ab Esaia : Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum.

Ita igitur intelligenda sunt illa : Non omnium est fides, Dei enim donum est. Et, Quid habes, quod non accepisti ? Quòd non omnes obediant Euange=lio, nec accipiunt oblatam gratiam, aut in uanum accipiunt, sicut illi, quos Paulus hortatur, Videte, ne in uacuum gratiam Dei accipiatis. Et nequa=quam imaginandum est, quòd Deus non omnibus offerat gratiam, aut quòd per ministerium non sit efficax in omnium animis, nec faciat uniuersis cre=dendi potestatem, aut quòd Christus non meruerit sua intercessione & morte, ut toti generi humano, & singulis una cum ministerio hæc offerentur, aut quòd non intercesserit ex æquo pro cunctis, aut quòd paucis aliquot beneficium redemtionis faueat,

& inuidet multitidini, aut quod eius meritum non fuerit tantum, ut pro omnibus satisfacere potuerit, aut Deus non acceptarit illud pro uniuersis.

Non enim est personarum respectus apud Deum, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad uiam ueritatis uenire. Ideoq; uocat omnes per ministerium: & cum uocat, uerè uult credere, & adiuuat ut credant, ut Paulus docet ad Romanos 10. Et in cap. s. clare inquit: Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et qui fieri potest, ut una cum eo non omnia nobis donauerit? Et Iohannes ait: Qui est propiciatio pro peccatis nostris, nec pro nostris tantum, sed pro peccatis totius mundi. Et Paulus inquit: Fidelis sermo, & dignus, qui ab omnibus accipiatur. Christus Iesus uenit in hunc mundum, ut peccatores saluos faceret. Imò Christus clarè dicit: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et uerè dico uobis, quod maius est gaudium in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non habent opus pœnitentia.

Omnino igitur statuendum est, promissiones Euangeliij esse uniuersales, & ad omnes pertinere, & accipi posse à singulis, uniuersis, & quod Deus non uult mortem peccatoris: Nec delectatur exitio hominum, & uerè id uelit, quod dicit se uelle, cum per seipsum, & Prophetas ac Apostolos clamat: Pœnitentiam agite, & credite Euangelio: Conuertimini ad me in toto corde uestro.

Cur

Cur enim uidens ciuitatem fleuit super eam , dicens : si cognouisses & tu , si noluisset homines conuerti ? Et quare tam grauiter comminatur dicens : Nisi poenitentiam egeritis , omnes simul peribitis ? An putamus eum mentiri , cum ait : Hierusalem , Hierusalem , quoties uolui congregare filios tuos , sicut gallina congregat pullos sub alas , & noluisti ?

Simplex & plana formula docendi de libero arbitrio.

Quid significat.

Arbitrium dicitur ab arbitrari : significat autem hoc uerbum opinari , & iudicare de rebus non euidentibus ex probabili aliqua ratione , cum accedit affectio uoluntatis.

Quid sit : & cur dicatur liberum.

Et si iudicium propriè pertinet ad intellectum , sicut electio ad uoluntatem : tamen in libero arbitrio complexi sunt latini scriptores utrumq; , hoc est , iudicium rationis , et electionem uoluntatis . Ideo sic definitur ab Augustino in lib . de prædestinatione sanctorum : Liberum arbitrium est propriæ uoluntatis iudicium , quid uelis , quid nolis . Dicitur autem liberum : quia non est necessarium : nam in his , qui bus inest ratio , ijsdem insita est nolendi uolendiq; libertas .

E ;

Quæ

Quæ requiruntur ad liberum arbitrium :

Duo sunt, quæ adesse oportet, ut uerè arbitriū dicatur liberum, scilicet rectum iudicium intellectus, & libera electio uoluntatis.

In statu naturæ integræ uera fuit arbitrij libertas.

Vera & perfecta arbitrij libertas fuit in statu naturæ integræ, quando nullus erat error in intellectu: nulla perturbatio in uoluntate. Homo enim conditus erat ad imaginem Dei, ut Mose ait. Et hæc imago in sapientia & iusticia & spirituali, ut Paulus docet, præcipue relucebat. In rerum spiritualium & diuinarum intelligentiæ claritate refulsa imago τοῦ λόγου, qui est sapientia patris. In iustæ uoluntatis rectitudine spirituali, similitudo cernebatur bonitatis Spiritus sancti. Et quia potentia patri tribuitur, ne quid deesset rationi imaginis, in potentia hominis, qua imperabat animantibus in mundo inferiori, conspicua fuit potentia creatoris, qua animis, cœlestibusque corporibus dominatur.

Habuit igitur homo uerum iudicium de rebus spiritualibus, & intellexit ueram sententiam legis diuinæ sine ullo errore. Quanta autem fuerit eius scientia de natura corporali, ex eo facile intelligi potest, quod Deus adduxit res uniuersas ad Adam, ut uideret, quomodo uocaret eas. Et quicquid, inquit Mose, nominis eis indidit, id ipsum est nomen eius.

eius. Oportebat igitur eum perfecte naturas eorum,
quibus praefectus erat, & quibus nomina indidit
cognoscere.

Habuit etiam rectam uoluntatem, æquitatis &
iusticiæ amantem, nec fuit in ea ullum $\tau\alpha\theta\Omega$, aut
ulla perturbatio. Liberè igitur sine ullo errore, aut
ulla perturbatione iudicabat, & eligebat, & libe-
rum habuit iudicium & arbitrium, etiam in rebus
spiritualibus.

Postquam autem mulier sinebat se sophistica ser-
pentis decipi, & uir sciens ac uolens contra consci-
entiam, elegit magis offendere Deum conditorem
suum, quam mulierem, amisit sapientiam & iusti-
ciam spiritualem, in quibus lucebat imago Dei, spo-
liatus ab illo primo homicida diabolo etiam sua po-
tentia, qua mundo inferiori imperabat.

Cum igitur homo, ut est in parabola Euangelijs,
incidisset in latrones, spoliatus est libero iudicio, &
libera electione in rebus spiritualibus: & intelle-
ctum habuit obtenebratum per ignorantiam spiri-
tualis sapientiae, & uoluntatem auersam à Deo, &
studio ueritatis, & iusticiæ, atq; conuersam ad cre-
aturas, admirationem sophistices & amorem iniqui-
tatis, remansitq; uestigium tantum prioris libertatis,
in iudicando de rebus sensui subiectis, & electione
earum, quæ sapientiae carnis expetenda, aut fugien-
da esse uidebantur.

Sic enim Paulus queritur, quod animalis homo
non percipit illa, quæ sunt spiritus Dei. Et Christus

E 4 ait

ait : Quod natum est ex carne, caro est. Item, Caro
& sanguis non reuelauit tibi. Et in Psalmo dicitur,
Omnes declinarerunt, simul inutiles facti sunt. Et
in Genesi : Vedit Deus, quod omnis cogitatio cordis
humani propensa esset ad malum omni tempore.

Vt autem sophistica serpentis totum genus hu-
manum in Adamo amisit liberum arbitrium, id est,
iudicium liberum de rebus spiritualibus : & electi-
onem liberam eorum, quae Deo placent & proban-
tur : ita ueritate diuinitus patefacta & prædicata
a filio Dei in paradyso, Adam hæc recepit, fuitq;
illa doctrina, & tota actio proposita pro exemplo,
quo discerent homines, quomodo liberum arbitri-
um amitterent, & recuperarent.

Serpens mentiendo, eos non esse morituros pro
pter transgressionem præcepti efficit, ut mulier pu-
taret, Deum lusisse in comminatione, & ut securè
hanc contemnerent.

Filius Dei uerissima prædicatione affirmans,
eos morituros pro inobedientia, hoc egit, ut senti-
rent iram Dei contra peccatum, & a conspectu fu-
roris sui fugerent, & inter densores horti arbores
se occultarent. Et poenarum inflictio, eorum ocu-
los, ut suam cernerent nuditatem, aperuit.

Serpens falsa promissione æqualitatis scientiæ
diuinæ liberum arbitrium & electionem uoluntatis
liberam perturbauit ambitione.

Filius Dei edita dulcissima & uerissima pro-
missione de uenturo semine mulieris, quod contere-
ret

ret caput serpentis, spe uictoriæ, ad fiduciam mise= ricordiæ suauiter attraxit. Et quia Adam non relu= Et abatur, sed trahentem credendo sequi cupiebat, & petebat se iuuari, ut fidem certam promissiōni ha= beret, liberatus est à tyrannide Diaboli, & facta est potestas, ut fide fieret filius Dei.

Hac uia & ratione hominem spoliatum & vul= neratum, ac semiuiuum relictum à latronibus cura= tum esse à Samaritano, Christus narrat. Id est, in= fusione uini in vulnera, cuius acrimonia & austeri= tas putredinem arceret, hoc est, prædicatione pœ= nitentiæ, & sensu iræ Dei, quo putrefacta vulnera sua curata fuisse Propheta testatur, cum inquit: Domine ne in iratua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Putruerunt & corruptæ sunt uibi= ces meæ, à facie insipientiæ meæ.

Deinde infusione balsami, mordacitatem uini mi= tigantis, id est, annunciatione suauissimæ promissi= onis Euangeli, & remissionis peccatorum, per fidem in Christum.

Per hæc duo pharmaca, id est, prædicationem pœnitentiæ, & remissionis peccatorum, sanat filius Dei semiuiuum: renouat et regenerat mentes. Nam in prædicatione pœnitentiæ est mors, & sepultura ueteris hominis: in annunciatione remissionis pec= catorum, resuscitatio noui hominis ad uitam spiri= tualem, ut Paulus ad Romanos sexto docet.

Ideo enim uocat Euangelium potentiam Dei. Et docet gloriam Dei in eo conspici, & per eius præ=

E S dicati=

dicationem Deum tam efficacem esse ad illustrandas
mentes spirituali & diuina luce, & corda renouan-
da, quam fuerit olim in creatione rerum, & illumi-
nando mundo, sensibili & uisibili lumine, cum di-
xisset fiat lux Deus inquit, qui dixit de tenebris
splendescere lumen, ipse illuxit cordibus nostris per
illuminationem gloriae Dei in faciem Iesu Christi.

Eodem loco docet mentes illustrari prædicati-
one Euangelij, non aliter, quam facies Mosis ex col-
loquio Domini. Si enim inquit ministerium mortis
fuit in gloria, quanto magis ministerium uitæ erit
gloriosum? Iстic etiam manifestè affirmat cauſam,
propter quam homines non illustrantur luce Euan-
gelij, hanc esse, quod ponant uelamen super faciem
suam, & ipsi sibi tegunt oculos, ne illucescat illis
gloria Dei. Ideoq; hortatur, ne ponamus uelamen
super oculos, sicut Iudæi, quorum facies, inquit, sunt
uelatæ usq; in hodiernum diem. Ad hunc modum
Christus ait, se uenisse in mundum, ut illuminaret
homines, Et eos odio lucis claudere oculos, & ama-
re, ac querere tenebras, ne conspicua fiat eorum tur-
pitude.

Si per prædicationem Euangelij, & testimonia
huic addita non offerretur sufficiens auxilium ad
credendum omnibus hominibus, illis etiam, qui pro-
pter incredulitatem damnantur, cur Christus in-
quit: Si non uenisssem, & eis locutus fuissem, pec-
catum non haberent? Nunc autem excusationem
non

non habent de peccato suo : quia uiderunt et oderunt me , et patrem meum.

Et quare ait : Spiritus sanctus cum aduenerit , is arguet mundum de incredulitate , quia non credunt in me . Si totus mundus , et omnes homines non possunt auditu Euangelio credere ?

Paulus ad Romanos decimo clare docet , singulis et uniuersis offerri per prædicationem Euangelij , gratiam Dei , et auxilium Spiritus sancti , et Deum ita præstare promissiones uniuersales : Ideoq; non esse προσωπικα πραγματα apud Deum , quod miserit doctores ad omnes gentes in uniuerso mundo . Et peccatum incredulitatis docet , tribuendum inobedientiæ hominum . Cum enim collegisset promissiones uniuersales ex Prophetis : Omnis qui credit in eum non confundetur , et similes . Eas deinde sic exponit : Nam idem Dominus omnium , diues in omnes , qui inuocant eum .

Et ex his infert , oportuisse Euangelium prædicari in uniuerso mundo , quod sine prædicatione non posset esse fides , aut inuocatio , et quod per ministerium doctrinæ , Deus præstaret suas promissiones .

Quomodo , inquit , inuocabunt eum , in quem non crediderunt : quo autem pacto credent ei , de quo non audierunt ? Et qua ratione audient sine prædicante ? et qui fieri posset , ut prædicent , nisi mutantur ? q.d. Ingens est hoc beneficium , quod miserit Deus doctores Euangelij ad omnes gentes , et Euange-

Euangelium sit in toto orbe prædicatum, ut testare= tur promissiones uniuersales de Christo pertinere ad omnes, & se hac ratione eas præstittiſſe, & effica citer uelle omnes homines saluos fieri, & ad ueritatis agnitionem uenire, sicut prædixit per Esaiam: Quām ſpeciosi pedes Euangelizantium pacem, Eu= angelizantium bona.

Si enim non miſiſſet prædicatores ad omnes gen tes, non potuiſſet Spiritus sanctus eos de peccato, & quòd non credant, arguere. Nunc uero excuſationem non habent, ſed pereunt propter inobedientiam, Et quòd Deus efficax ſit in auditoribus Euangeli, & offerat eis auxilium & potestatem credendi, colligit in conuincione, cum addit: Fides igitur ex auditu, auditus autem per uerbum Christi, quaſi diceret, ſic fidem eſſe donum Dei, quod illud cum auditu Euangeli omnibus accipere uolentibus offerat, & donet.

Deinde incredulitatem reijcit in hominum inobedientiam, cum addit: Sed non omnes obediunt Eu angelio. Non putauit Paulus, hoc ſibi contra hanc collectionem opponendum eſſe: Non ſufficit, quòd audierunt, & fides non eſt ex auditu. Hoc enim pio ὑπόθεσι, & confeſſio, haber i uoluit. Sed hoc tantum obijciendum fore iudicauit: Non omnes audie runt. Ideoq; & ſibi per occupationem obiecit, ſed dico, nunquid non audierunt? Et quidem ex Psalmo uerſiculo, id falſum probat: In omnem terram exi rit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorū.

Poſtea

Postea adiungit probationem eius quod dixit :
Sed non omnes obediunt Euangelio. Et clare docet
ex Mose , & Esaia : Incredulos contra conscienciam peccare , & agnitione ueritati contradicere .
Nunquid ait Israel non cognouit ? Non dixit, Non
audiuit , sed ait , Non cognouit , q. d. quod non
possit prætexere inobedientiae erga Euangelium
ignorantiam : quandoquidem gentes , quibus illi se
præferunt , propter intelligentiam testantur eos non
ex ignorantia , sed ex malitia contradicere Euange= =
lio. Mose , inquit , dicit : Ego prouocabo uos , in gen= =
te , in gente non intelligente exacerbabo uos . Sic enim
Lucas factum narrat . Cum uidissent , inquit , Iudei ,
quod gentes fidem haberent his , quæ a Paulo dice= =
bantur , concitauerunt turbam . Et uiciissim audie= =
rint , Oportebat uobis primum loqui uerbum Dei :
sed quoniam repulisti illud : & indignos uos iudi= =
catis uita æterna : Ecce conuertimur ad gentes .

Et quid potest clarius dici ad probandam incre= =
dulitatem tribuendam pertinaci malitiæ hominum
resistenti Spiritui sancto , quam quod Paulus addit
ex Esaia : Tota die exaudi manus meas ad popu= =
lum non credentem , sed contradicentem mihi , qui
ambulant vias non bonas sed post peccata sua . Et in
hanc sententiam Stephanus Iudeis ait : Vos dura
ceruice , & in circumcisis cordibus semper restiti= =
stis Spiritui sancto . Est igitur fides donum Dei ,
quod sine auditu uerbi non datur . Neq; illud sine do= =
ctoribus audiri potest , ac ne illi quidem docere , nisi
diuini=

diuinitus mittantur. Ut manifesto miraculo Deus de clarauit misso Philippo ad Eunuchum, & Petro ad Cornelium. Putasne inquit Philippus, quod intellegas, quae legis? Respondit ille, Et quomodo possum sine doctore intelligere?

Et Christus iubet Ecclesiam a se petere, ut extrudat operarios in messem.

Et Paulus ait, ideo Christum ascendisse in altum, ut daret doctores ad conseruationem ministerij.

Putabimus eum, qui ascendit in altum, ut daret doctores ad conseruationem ministerij, per doctrinam non esse efficacem in cordibus eorum, qui audiunt prædicationem?

Erit ne ministerium uitæ mortuum, cum ministerium mortis fuerit gloriosum, Et Deus per id imperitus est spiritum timoris?

Euan gelista de ministerio Baptiste ait: Hic uenit in testimonium, ut omnes crederent per illum.

Et Zacharias pater baptistæ de efficacia ministerij filij, inquit: Eum daturum scientiam plebi in remissionem peccatorum.

Archangelus autem addit, quod conuerterit cora patrum in filios, & insipientes ad sapientiam iustorum.

Christus autem ad Paulum de efficacia prædicationis Euangeli concionatur, quod aperiat oculos cæcorum, ut conuertatur a tenebris ad lucem, & a potestate satanæ ad Deum. Et Paulus de suo ministerio ait: Posuit in nobis sermonem reconciliatiōnis.

onis. Itaq; in nomine Christi legatione fungimur : tanquam Deo per nos obsecrante rogamus pro Christo reconciliamini Deo.

Si Christus per ministerium Euangeli; nos rogat, ut Deo reconciliemur, quæ dementia est dicere, cum non uelle nos seruari ?

Et quæ ingratitudo est hæc beneficia extenuare, & dicere eum inuidere hæc multitudini, & fauere tantum aliquot paucis ?

Et summa impietas est dicere, aut non potuisse eum satisfacere pro genere humano, aut Deum non tanti fecisse obedientiam unigeniti filij ad mortem, ut pro ea noluerit esse propitius, & donare illa omnibus, sine quibus non possent seruari, & peruenire ad agnationem ueritatis.



Katalog pol 9/10

